

6
20-b
27

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
13 F
36

Bibliotheca
i Coll. Rom.
ciet. Jesu
c-37

21
43

6-20-b-27

HORTVLVS

Carminum

MARCI ANTONII SCHMIDMARII

Germano Itali Patria Comenſis.

Ex quibus non modo Poetæ, verum etiam Phyloſophi aliquam delectationem capere poſſunt.

Bibl. Sec. Coll. Rom. Soc.

LIBRI QVATVOR.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



PARMÆ, Typis Anthæi Viothi. M.DC.XXIIII.

[redacted]

Bibl.

Ego Fr. Hieron. Camillus Figinus Sac. Theolog. Lector, & Prouic. S. Offic. Parmæ præſentia carmina perlegi, nihilque aut Catholicæ fidei, aut pijs moribus contrarium in eis reperi &c.

Stante atteſtatione Imprimatur

Inquiſitor Parmæ.

Imprimatur

Nicolaus Muſſus Vic. Gen.

Digitized by Google

Sereniſsimo

ODOARDO

DE FARNESIIS

Duci Parmenſi &c.

S. P. D.

VITTORIO EMAN

QVAE me Princeps Sereniſſime ad laudes tuas celebrandas cauſæ impulerint tres potiſſimum fuere. Prima animi ſplendor, Secunda nobilitatis decus, ex quo non modo Cardinales, vt etiam nunc temporis florent, verum etiam Pontifices fuiſſe ſcimus. Tertia quia cum in hanc nobiliſſimam Vrbem, patriamq; tuam fato deuectus viderē multa in ſplendidiſſimis ædificijs tuis hominum oculis non autem ingenio ſatisfacere. Volui poetico ſtilo quamuis non adeo eleganti ciuium appetitui ſubuenire, ſperans

Digitized by Google

tamen laborem meum Serenitati tuæ non ingratum fore, tum quia omni obſcenitate carens eſt, tum etiam quia ex illo homines materiam qua ſe delectent capere poterunt. Sunt enim pleraq; quæ in hoc exiguo laboris mei opere continentur figmenta de quibus ſi poetarum quis ſuis in verſibus mentionem non feciſſet, putarem ego poetam ſimpliciter dicendū non eſſe, præſertim cum inter ea quæ ad illum ſpectare dicuntur nouitas ex qua deinde delectatio reſultat requiratur. Poſſe de re quapiam fingere, intellectumq; noſtrum figmentorum coloribus ita adducere, vt id, quod ſub falſitatis ſpecie viderat lector, verum eſſe appareat ſapientis eſt. Quare cum libellus hic meus huiuſmodi rebus plenus eſſe videatur, ne illum in malam partem accipias, ſpero enim ſi fata, quæ me huc adduxere morari permittent aliquid aliud maturius, atque nobilius Serenitati tuæ dedicaturum. Vale tuumque clientem commendatum habeas.

D. Die prima anni 1624.

Tuæ Serenitatis

Amantiſſimus

Marcus Antonius Schmidmarius.

LECTORI
S. P. D.
Caput I.

IMmundi procul eſte ioci, mea Muſa pudicos
Sectatur verſus diligit atq; choros.
Non illa infames optat laudare puellas,
Quas ſpurcus toties ſolicitauit amor.
Nec laſciua locum Veneris ſuſpiria noſtris
Inuenient cartis plena cupidinibus.
Caſta Minerua meo legitur ſed ſola libello
Sola eſt in noſtris verſibus illa comes.
Me legat Idalios qui ſpreuit, & odit amores
Docta Thalia illi nil niſi caſta canet.
Es breuitatis amans? breuibus mea carmina verbis,
Hoc habet exiguum candide lector opus.
Si tibi docta placent vatum figmenta, iociq;
Non modico gaudet pagina noſtra ioco.
Scribere mordaci nequij ſub ſchemate verſus
Id quia lex Chriſti religioq; vetat.
Exercere tamen poteris me ſæpe legendo,
Quod docuere ipſos prima elementa ſophos.
Sum breuis, ac facili mea ſcripſi carmina cantu
Nauſea lectori ne mora longa foret.

Libello ad aulam Sereniſs. Parmæ Ducis Odoardi in ferijs eunti. Caput. 2.

I Modo, & illuſtres quamprimum acceſſeris ædes,
Plenaq; Pompoſis ſplendida tecta viris.
Quærere te dices venerandam Principis aulam,
Paucaq; te patrio velle referre ſono.
Vrgeat etſi aliquis cupidus nouitatis, & inſtet
Quærere de aduentu ſolicitetq; tuo.
Ne ſermone loquax ſis, ſed moderanter, ad eius
Tu reſponſa citus verba petita dabis.
Frigus enim, ſacræq; tibi dare longa negabunt
Verba dies, nimio membra premente gelu.
Inde Ducem flexo venerabere poplite, dicent
Saluus ſis patrij Dux Odoarde ſoli.
Anni prima dies tibi det quod poſcit habere,
Quicumq; obſequium nouit amatq; tuum.
Viuere fata diu faciant te, namq; beatos
Longa tui pariet temporis hora viros.
Inclita pacatis Vrbs ſi cognouerit annis
Creſcere in egregios, teq;, tuoſq; viros.
Sit felix clamabit ouans Odouardus, ametur
Hunc laudate Vrbes, huncq; fouete lares.
Aſtra illi cunctis ſemper ſint proſpera rebus,
Terra nec imperium deneget ampla ſuum.
Gaudeat eſpectu ſi nouerit illiq; artes,
Incola, & immenſum viderit ingenium.

Creſcit

Creſcit enim virtute etiam dum creſcit in annis
Prodit & ingenio quid queat ille ſuo.
Incolumem ſeruent igitur te tempora, cæca
Viuere teq; diu Parca quiete ſinat.
Dixeris hoc poſtquam reliquos accedito, & ipſos
De quibus in verſu mentio facta tuo eſt.
Principis accedes matrem, matriq; ſalutem
Dans, illi incipies talia voce loqui.
Tu quoq; carminibus noſtris laudabere, nomen
Hæc ſimul ornabit pagina noſtra tuum.
Te vatis figmenta petunt, optantq; videre
Inter tam illuſtres, magnanimoſq; Duces.
Læta igitur quos Muſa dabit ne ſperne labores,
Sit quamuis auſus maior in arte meus.

Libello ad aulam Illuſtriſs. Cardinalis Odoardi in ferijs eunti. Caput 3.

His dictis vbi ſit quares Odoardus, habere
Quem pariter voluit, Muſa, Deuſq; locum.
Inde caput flectens, noſtros fac noſcere fructus;
Hoc quos exiguo tempore compoſui.
Plura loqui feſtiua dies, friguſq; negabunt,
Sed tamen inuitum perdere noli animum.
Dicet enim ſibi gratos hos fore vatis amores,
Laudare aonios incipietq; iocos.

Naturam, & Artem mittit Deus mundanis, vt illarum leges aſſequantur ad quas Flumen Parma deueniens artem diſcit varijſq. Sereniſs. Ducis Odoardi laudibus auditis ad vndas reuertitur. Caput 4.

INclita Parmenſis ſtimulat me gloria terræ,
Meq; iubet raras claudit quas mœnibus artes
Pandere, & has meritis ad ſidera tollere plectris.
Vos mihi Parmenides, Parmæ quæ nomen habetis,
Et quibus occultas rerum cognoſcere cauſas
Conceſſum eſt fato, quo Numine læta trophæis
Floreſcat tantis veſtro prædicite vati.
Mortis adhuc regnum furijs gaudebat, & antra
Indomitus celeri fugiebat in horrida greſſu.
Mundus inops, auri nondum veſana cupido
Regnabat terris, rerum concordia, cunctis
Hoſtis erat populis atq; obuia mortis imago.
Dum pater Omnipotens ſtellatæ conditor aulæ
Inſpiciens terras, vidit flagrare laborum
Diuerſis populos ſtudijs, orbemq; potentes
Claudere præſentis nullo diſcrimine vitæ.
Quocirco miſeros voluens ſub pectore caſus
Quo queat a paruis diſiungere Marte potentes
Solicitus quærit, dein poſtea talia fatur.
Ergo ait æthereis priuatur homuncio donis,

Atq;

Atq; erit humanis noſcendi nulla cupido
Quæ bona, quæ mala ſint terris, vel qualia partu
Producat fecunda ſuo miracula tellus.
Poſtea quæ terras ſupiant, quæ ſidera adoptent
Cur fructus plantæ producant, gramina montes
Hæc effata, Polum diuina potentia linquens
Naturam quærit latebroſis ſqualida in antris
Quæ latitans, tardæ lacrimabat fila ſenectæ.
Lucus erat quem nulla virum veſtigia preſſere
Iratus rutilo tetigit vel Iupiter imbre
Nulla inibi pecudum comperta cubilia, nullaq;
Obſcuras inter latitabant monſtra cauernas.
Sola ſed humanos meditans lacrimabilis auſus
Auxilium flexo quærebat poplite rebus.
Sum fateor natura inquit, ſed nulla ſuperſunt
Regna quibus longas poſſim traducere ariſtas.
Empyreum poſtquam fecit Deus, atq; beatis
Impleuit mundum donis, me noſcere cauſas
Formarum fecit rerum componito habenas
Inquit, te terræ matrem, facioq;, creoq;
At nunc quot pœnæ volitant quot vulnera mortis
Sentio? certa mei properant in funera menſes.
Finierat lacrimas ſortem miſeratus iniquam
Dum pater Omnipotens. Terras non aſtra ſubegi
Naturis inquit, noſtris gaudere talentis
Cælicolas feci, ſuperum quia Numen adorant,
Non quia communi rerum paſcuntur amore.
Longe alia eſt regio cælum, quã terra ſit. Orci

Rex

Rex vetat acceſſus nigro tibi cardine, tantis
Sed ne cede malis, legem renouabiq. omnem
Ne timeas proprijs nec deſice viribus Artem
Adiungam ſociam, varias rudimenta per oras
Illa dabit, genteſq; tuo coniunget amori.
Omnibus ingenium populis monſtrato, futurum
Dicito felicem veſtros qui ceperit auſus
Accedent varij patulæ tenebroſa cauernæ
Abdita ſerpentes, illos pariterq; vocator
Ac monſtrato modum, poſſint quo lædere morſu
Serpereq; vmbroſas cauda minitant e per alpes
Ad veſtrum pariter veniet Rex palliq. antrum
Auxilium quærens, piſcis quem terga per amplos
Portabunt campos, varia formidine terræ.
Cincta Meduſæis radiabunt tempora ſpectris
Perq; humeros perq; ora feras geſtabit aquarum,
Regnat enim fluuios inter, tumidaſq; paludes.
Nomen ei Parma eſt primis ſic traditum ab annis.
Magna per illius fient miracula famam,
Occultas prodet gentes, alimenta petenti
Larga dabit, piſces ſpacioſa ſcilicet aluo
Quos clauſos retinet, ganti quæ nomen ab ipſo
Aſſummet dabit, horreſcet ſi nouerit atros
Hos hominum vultus, ſiluis vos claudite opacis
Nulla vbi Phœbei clareſcunt lumina vultus,
Ipſa ſed obductis regnat nox horrida pennis
Si veniet præceptũ ſimul, quo ſcilicet auſu
Parmenſes ſaltare queat ſicco pede lymphas

Inge-

Ingenioſa dabis, viduatas frondibus vlmos
Vt ſummat dices, tuq; impigra ligna ſecuri
Abtrunces ſiluis, finemq; imponito ceptis
Si quærat quid dura queant quid mollia proſint
Naturæ officium eſt quæſitas reddere cauſas,
Interea ſomnum capite, obſcuros Dea vultus
Nox monſtrat, ſternitq; ſuos Dux Phantaſus artus.
Læta diem rurſus roſeis aurora quadrigis
Portabat terris, reſonis e frondibus ales
Formabat vario dulces modulamine cantus
Cæruleos dum Parma lacus, viſurus ariſtas
Creſcentes Cereris linquens, terramq; polumq;
Ingentem conſcendit aprum, per deuiaq; orbis
Vertit iter, inſtratq; vias, ſociumq; fatigat.
At iam ventum erat ad magnæ diuoreia cellæ
Ars vbi naturas rerum diſcebat, & artes
Ingenuas natura ſuas, dum territus antro
Quo me fata trahunt inquit, fortaſſe dehiſcent
Altera regna meis lacubus, ſimul altera terris
Vndarum faciem ſummus mutabit Olympus,
Et ni tam diris præſens ſit Parma ruinis,
Per Cereris ſegetes refugum me ducit, & altas
Siluarum colles, non hæc ego peruia terræ
Prata colam, gelidis lætus depaſcor in vndis
Noſtra vbi regna vigent, terreſtria Numina ſperno
Quid, quid & incluſis oſtentant ſidera ſtellis
Vix ea finierat cæcas natura cauernas
Dum linquens, blanda dans dulcia verba loquela

Talia voce refert. O magnæ gloria gentis
Quo venis huc fato? terras quis carpere,& altas
Linquere iuſſit aquas? diuum quo Numine mæſtos
Hos geris aſpectus? dabimus medicamina, pande
Quæ tibi cauſa viæ, dicor Natura beatos
Quæ facit, & varijs replet virtutibus orbem
Hæc ea commemorans, torquens ad ſidera vultus
Parma ſuos, animi Lacrimis afflictus obortis.
Vidit inauratas pretioſo marmore turres,
Magnaq; in excelſo creſcentia mænia monte
Quocirco admirans, naturam quærit vt illi
Auctorem pandat, tali quæ eſt voce locuta.
Magna Dea eſt hominum, quamuis ſit cognita nulla
Parte loci, cuius poſcis ſi dogmata, noſtrum
Accedas antrum, æquali nam viuimus vmbra.
Interea ſi Phæbus iter diuerterit, amplos
Occultans radios, nimio defeſſa labore
Huc quoq; conueniet, ſolitam captura quietem
Nunc ego prædicam quantas tua gloria mundo
Producet laudes. Longis laudabere in annis
Et tibi cognatas facies de nomine gentes.
Vrbs etenim fiet celſis quæ mænibus amplum
Includens ſpatium ſtudijs florebit, & armis
Magna laboratis creſcent monumenta figuris,
Ac varij venient clara de gente Cyclopum,
Qui vires hominum vincent, virtutibus, atq;
Magna ſuis facient. Parmenſis gloria cunctis
Noteſcet populis velut altera Mauſolea.

Tan-

Tandem Dux veniet, ceſſtis qui ſiſtere rebus
Non ſinet, at varijs ornabit mœnia ſignis
Dux Odoardus, erit ſanctorum gloria morum
Largo qui condens ſpatioſa palatia ſumptu
Perpetuam pariet famam, genteſq; , Deoſq;
Ut meritas memorent laudes vrgebit, & auſus.
Viue diu felix Dux maxime, vincito Parmæ.
Magna ſalus, tua te conſtantem gloria adoptat.
Hæc ea commemorans poſtremis ſquamea fatis
Bellua ſuccubuit, nimios perpeſſa labores,
Nec noſtris aſſueta locis, ſed ſola lacunis.
Quocirco lacrimans inquit quis tanta Deorum
Damna tulit? clara pariter ſum ſtirpe creatus.
Me coluere homines olim, felicia quando
Tempora Saturni florebant, & ſua tellus
Gaudia monſtrabat nullo diſcrimine rerum.
Inſcius huc veni, mortem crudelia piſci
Fata tulere meo, per magnæ Numina matris
Adiuro, mundum me tradere velle Charonti
Ne videat vultus tam perfida machina noſtros
At tu quæ tantis iactas arcana loquelis
Quo Duce cæruleas iterum penetrabimus vndas?
Pande precor, Parmæq; atris miſerere periclis.
Artem ſi veniet quæras, dabit illa petitis
Auxilium damnis, huc te fortaſſe volebant
Fata Deum, ſcires vt quæ mortalia poſſint
Huius inhumanæ quærunt qui munera Diuæ
Sed ne cede malis, noſtras ſol deſerit oras

Aduen-

Aduentat Dea, præterito deſeſſa labore.
Illa tuum curru Numen deducet eburno
Me Duce, diuertens venientis fulmina mortis
Si nimis eſuriens veniet, tua pendula aquarum
Lætus dona dabis, noſcet te namq; repente
Piſcis ab aſpectu, nam de te eſt Diua locuta.
Interea Ars patriæ peruenta ad tecta cauernæ
Qui ſint qui tali quærit ſermone loquantur.
Inde videns Parmam tumido dat brachia collo
Lætaq; neruoſo hanc rumpit de pectore vocem.
Veniſti tandem magnarum rector aquarum
Imperium cuius longis eſt cognitum ab annis.
Ille autem: patrias tua me doctrina lacunas
Linquere iuſſit, opem quærens rediturus in illas
Quo vehar auxilio, deerit mihi quando meator.
Quo miſerata ſono ars, celſis e montibus vrnos
Aduoluit, ſubitis, currumq; laboribus ornat.
Impigra per viduos exercet brachia truncos
Extinctasq; ſuo reuocat de pectore vires.
Interea piſces rutilos natura per ignes
Concoquit, & ſola depaſcit imagine ventrem.
Ars ceptum abſoluens currum, curruq; potentem.
Abducens Parmam tali dat verba loquela.
Noſti magne Deus mea quid ſint Numina, terris
Quid prodeſſe queam, ſine me natura chimæra eſt
Cras redito, gelidas dabimus præcepta lacunas
Quo penetres curru, quo ſulces flumina greſſu.
His dictis trahit ars currum, naturaſuiſq;

Adiuuat

Adiuuat auxilijs, ſocio dans terga labori
Quem ſaliens poſtquam venientem vidit ad ipſos
Turba lacus, celeri gaudens venit obuia curſu
Obſequiumq; parat, madidis dans oſcula plantis.

Petrus Ludouicus, Othauius, Alexander Duces Parmenſes mortalis vitæ ſtatum hominibus narant.

Caput 5.

VMbra ſumus, fœdis ac putrida vermibus eſca
Bellica ceſſerunt robora, fama manet.
Nobis dulce fuit regno gaudere paterno,
Triſte eſt nunc rapto viuere nocte die.
Forma perit, noſtri deforme cadaueris antrum
Ingemit abreptos Marte ſilente dies.
Vmbra ſumus, patuli quibus orbis regna, poteſtas
Videndi, aud. ſtellas amplius vlla datur.
Claudimur hac tumba, pedibus calcata ſuperbis,
Infauſtam toties quæ fuit ante diem.
Fama ſuperſtes adeſt tamen, & Mauortia virtus,
Quæ fuit ignotas incomitata vias.
Illa lares patrios habitans, ac mænia Parmæ,
Vrgebit noſtros ad noua prælia auos.
Si quis erit qui bella petat, modo iuſta, videbit
Inſignes noſtri ſanguinis eſſe Duces.
Mentibus hæc pacem felix dabit, atq; quietem.
Donec in angelicos nos vehat hora ſinus.

Illu-

Illuſtriſſimus, ac Sereniſſimus Cardinalis Odoardus Parmam poſt coronationem Sui Pontificis rediens. Caput 6.

Montes, prata lacus redeuntem Præſulis aulam
Accipite, ac veſtris accumulate bonis.
Dulces vos cantus volucres, vos flumina riuos
Pandite, in aduentu tota iocoſa ſuo,
Flora tuos circum plateas diſpergito flores
Producat teneras fertilis herba roſas.
Si nimio concreta gelu ſit terra viæq;
Diſrumpas radijs frigora Phœbe tuis.
Triſtis hyems niueis ſi cinxerit arua pruinis
Ne tamen huic veſtram ſurda negate fidem.

Paulus III. Pont. O. M. De domo Farneſiorum antea dictus Alexander mortuus ab amicis eius fletur. Caput 7.

Flumina quæ torto peragratis tramite mundum,
Fontes, qui gelidis prata rigatis aquis.
Montes ad ſuperos qui tenditis vſq; cometas,
Mœrorem, ac lacrimas accumulate meas,
Inconſtans Paulum rapuit triederide quarta
Sors, eius nunquam conſcia facta boni.
O Mors, o Mortis crudelia vulnera? quantos
Immani iugulas impietate viros?

Parca

Parca es, ſed nulli parcis, crudelia vibrans
Fulmina, mundano tota inimica ſolo.
Diceris eſſe oculis expers, tamen omnia cernis,
Subdita ſunt ſceptris corpora quæq; tuis.
Surda es, ſed ſentis, muta es, ſed diceris olim
Omnia colloquio detinuiſſe tuo.

Eiuſdem EPitaphium.

HIc ſitus eſt placidæ Paulus noua gloria Romæ,
Pontificis ſacrum hic corpus, & oſſa iacent.
Ille eſt infeſtos domuit qui nutibus hoſtes,
Quiq; fuit latij ſpeſq; decuſq; ſoli.
Siſtite qui gazas, ac blandum quæritis aurum
Diuitias eius fertilis vrna dabit.
Vermis ab effoſo conſurgit corpore, ab iſto
vermis non poterit ſurgere, germen erit.

D. Raynutius Dux Parmæ in Gallias Exercitum ducens, fato ad Elyſium, habitaculum Virtutis deuenit.

Caput 8.

EST locus æratis claudit quem mœnibus, ampli
Vltima pars mundi, tenebroſas vndiq; ſupes
Immenſum cuius ſpatium ſine fine recludens
Horrendos hominum gemitus, varioſq; timores
Ignita ſub rupe redit, quæ magna metalli

Pondera, & argenti claudens, inuitat auaros
Adducitq; animos, circumſtant ſpectra cauernas
Squalida terribiles viſu monſtrantia formas.
Ianitor adſtat, iter prohibens, quem ferre chimæræ
Tercentæ nequeunt, vmbris dum garrula fatur
Verba, ſonant montes, trepidant formidine colles
Illius ad nutum cocyta ſtagna paludis
Gorgonides pariunt angues, quibus inde venenum.
Per tetras ſpargit poſtes, vngitq;, receſſus
Ne capiant funeſta lacus conſorcia, cæci
vel ſecreta loci noſcant, quærentia ſortes
Agmina diuerſas. Spacioſo corpore ſiluas
Ac fluuios retinet varios, dans ſigna, quid artes,
Ingeniumue queant, per nigros quando caminos
Flamma ruit, tetris pariant ne incendia regnis
Ingentem pandit linguam, qua tempore peſtis,
Atq; famis cunctas ſubſtentat prodigus vmbras
Creſcit enim toties, quoties reſcinditur amplos
Dummodo ſol radios claudat, ſomnoq; ſepultos
Nox manes teneat, nullo cum murmure vallis
Hos dudum quærebat ouans Raynutius atros
Spectrorum partus, merito virtutis honore,
Ac laudis ſtimulo cupidus, latitare ſciebat
Namq; Deam, vario meritas quæ munere gentes
Ornabat, dubiæ demonſtrans gaudia ſortis.
Quocirco aeratas linquens ſub rupe phalanges
Eligit ex numero ſeptem, quos gallia longis
Expectabat ouans precibus, penetratq; paludes.

Quos poſtquam videre lacus prima agmina, magnis
Vocibus infauſtas clamabant bella per vndas.
Intrepidoq; acies vultu, fraudeſq; parabant.
Ianitor irato quærens ſermone, quid atris
Ex orci ſcopulis peterent, quo Numine terras
Liquiſſent, celſi reſonabant murmure montes
Vndiq; clamor erat nocturnæ prima cohortis
Agmina ab excelſis voluebant montibus vrnos
Ingenteſq; aditus trabibus, vacuoſq; meatus
Claudebant, tacito minitantia bella tumultu.
Altera pars gentes, quia creſcere ſæpe videbat
Innumeras, rauco pulſans caua tympana pulſu.
Has veluti ſomno captas in vincla trahebat,
Ingenteſq; animi pænas, minitante furore
Accelerabat ouans verum Raynutius omne
Immunis fugiens damnum, voluebat iniquas
Quo pænas animo ferrent, quo Iudice tanti
Materiam damni ſumpſiſſent, aureus iſtam
Dum gladius vocem formans, quem ferre ſiniſtro
E latere appenſum, cari genitoris imago
Sæpe ſolebat, iter quando faciebat, in altas
Vrſorum caulas dubijs uel gallica quando
Mænia erant damnis ſimul vndiq; cincta, doliſq;
Ne timeas Dux magne iſtos, quos cernis inani
Hoc ſpacio manes fugient ſi ueſtra videbunt
Robora, & audaces animos, nam ſplendor, & ignis
Illorum magni ſunt hoſtes, triſtius eſſe
Nil potis eſt iterum claudent ſe rupibus, enſem

Si noſcent, nitido illuſtrantem lumine cæcas
Vmbrarum partes, ſeptem mihi dona dedere
Sidera, queis cunctos poteris deuincere Martis,
Bellonæq; dolos; furiens licet ardua ſcindo
Mœnia, & aſpectu langueſcunt marmora noſtro.
Montes planitiem facio, deſiſtere noſtro
Aſpectu incipiunt fluuij, quando hoſtibus inſto
Aſtra parant ſonitus, ventorum murmure tellus
Sordeſcit, varijs impletur vocibus aer.
Dum ſileo furiunt manes incognita Auerni
Abdita ſcinduntur, alijs me dotibus aether.
Ornauit, dubijs conſtans ne deffice rebus.
His dictis ferrum nudat, rutilantia circum
Spicula contorquet gentes, intenta ruinæ
Prælia diſpereunt, variatum floribus hortum
Ingreditur teneris vbi lilia mixta roſetis
Candida creſcebant. Medio grandiſſima campo
Arbor erat validis cuius radicibus artem
Exercens virtus, pretioſa ſedilia Nymphis.
Atq; thoros Muſis faciebat, fortius ipſis
Nil cerni poterat ramis, quia grandia ſurſum
Brachia mittebant, vbi maxima ſolis, & æſtus
Lumina luſtrabant plantas, campiſq; ſepultos
Viuere cogebant flores, quos inuida dudum
Pernicies orci ſaxoſis clauſerat antris.
Inſignem hic forma Diuam, per colla lapilli
Innumeri cuius ſerpebant candida cernit.
Aſſiduo reſonant cantu frondentia ſiluæ

Cul-

Culmina, & vmbroſi medio tellure repoſti
Montes, ac colles mellita voce trahuntur.
Sortem qui quærunt prius hanc tranſire Dearum
Inuitam matrem coguntur, grandia namq;
Sunt prata, atq; aditus vario diſcrimine pleni
Quam primum hos vidit, ferri quia lumine totus
Splendebat campi locus, ad dulciſſima rurſus
Carmina ſe confert; modulatur garrula cantus,
Ac trahere inuitas conatur voce phalanges.
Ille aures tenui ſubitæ bombyce recludunt
Atq; arcem inuadunt, magnis quam turribus Heros
Fecerat Actæon poſt duria fata; Dianæq;
Impietatis opus, circum ſpacioſa ruebant
Agmina, & ignotæ volucres, atq; aurea poma
Omnia diuerſa mortem minitantia ſorte.
At varios quam vis Raynutius vndiq; ſeptos
Cerneret eſſe dolos, tamen omnia vincit, & altas
virtutis penatrat ſedes, quibus omnia rerum
Noſcere quiſq; hominum poterat ſecreta, doloſq;
Hic greſſum firmans, oculos per lucida circum
Compita contorquet, meditatur regia templi
Rudera, & Ideas animo ſibi formas eaſdem.
Porticus inde amplis ſupiri quas Regia ſolis
Filia muneribus ditarat, conſpicit, atq;
Aſpectu lætus ſocios monet vt vagabundans
Attollant mentes, pictaſq; in imagine paces,
Bella, metus, fraudes diſcrimina mille virorum
Conſpiciant, aliquando Deus ſi talia caſtris

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Mitteret exitia, vt viſis euincere poſſent
Omnia conſilijs; circum duo millia templum
Lumina cernere erat, ſacris quibus alma trophæis
Signa dabat Virtus tali ſplendore beari
In cælo vel terra homines; qui magna dierum
Tempora ſpernentes ſolidos illius honores
Quærebant, animo voluentes magna perenni.
Marmoris in medio nitidis altaria gemmis,
Fecerat Actæon quatuor, ſub limine dextro
Ex iſtis tenui currebant vertice fontes.
Innumeri, nymphæ quorum nec paſcere gentes
Nec nutrire feras poterant, quia tincta perempti
Sanguine frons Arabi; dira ſpectacula fortis
Omnibus infauſto monſtrabat ſidere turmis.
Talia dum peragunt, luſtrantq; per omnia, docta
Inclita virtutis, ſecreta hominumq; reuoluunt
Inſuetas animo ſortes, venit obuius amplo
Enſe Gigas; magnis implens clamoribus atras
Vmbrarum partes, magno Raynutius auſu
Siſtere quem cogens, dic inquit qualia pectus
Fata tuum crucient, proprio nam robore triſtes
Auertam curas, hoſtes vincamq; fugaces
Ille nihil memorans lacrimas verſabat amaras,
Perq; herbam corpus voluens, certiſſima Mortis
Signa dabat, totus rorabat ſanguine campus
Tinctaq; preſtanos perdebant prata virores.
Quocirca corpus nudant, cauſamq; requirunt
Quo vitam morbo, vel qua formidine campis

Li-

Digitized by Google

Liquerit infelix. Verum crudelior inſtans
Pugna auſus vetuit. Curruſq; vebatur ab hoſte
Igneus, aoniis in quo pulcherima Muſis
Femina cincta erat; hanc diris euincere penis
Terq; quaterq; Gigas conatus, magna latere
Viderat interitus diſcrimina, ſeq; potenti
Quantumuis ferro nullas educere poſſe
Mortis pernicies; illa immutata furorem
Aſpectu ſolo prohibens audacia morte
Robora crudeli, ac conſtanti vicerat auſu.
Hanc tamen obſcura ſociæ de nocte cohortes
Elyſij rapere ex regnis, & ad alta Dianæ
Sidera crudeli cupiebant ducere vinclo.
Quam miti fatus verbo Raynutius iſtas
Non inquit nemorum partes, & grata quietis
Tempora deſpicies, vrbes cum ſanguine noſtras
Opponam caſto flagrans virtutis amore.
Te toties, totieſq; locis inquirere opacis
Conſueui, noſtros fugiens tamen ipſa videre
Nolebas vultus, forſan quia fata negabant
Vel quia crudelis magis, ac magis eſſe volebas
Quiſq; tuos (quamuis diuino lumine plenos)
Sperneret aſpectus, renuens ſi pulchra beati
Elyſij prata, æternis vbi turba trophæis
Gaudet, & immenſo tempus traducit inano.
Optares dubios populos, ac triſtia Regum
Regna, hominumq; dolos, finemq; dierum.
Viue tuis pacata choris, ſi Iupiter iſtas

Linquere te ſedes voluiſſet, grandius antrum,
Atq; Erebi portas altis quas mœnibus omnes
Clauſas eſſe vides feciſſet; Nulla voluptas
Eſt terris, mortes morbi diſcordia peſtes
Mortali incedunt paſſu clamore ruentes
In varias aulas Regum, patrioſq; penates.
Quod ſi vt nos proprijs defendas viribus aptam
Te Diuam eſſe putas, dabimus gaudere ſupremo
Telluris regno, tinctos modo noſtra Gigantum
Agmina conſpiciant ſpumanti ſanguine campos.
His dictis atrox bellum, crudeliaq; arma
Arripiunt alacres, ſtricto ruit enſe malignos
Inter, & infauſtos ſubitus Raynutius hoſtes.
Illi pugnando gazas, defendere, & amplas
Ingenuæ Virtutis opes, prædaſq; laborant.
Attollunt gemitus, varijs clamoribus amplæ
Inferni portæ reſonant ſuſpiria denſas
Spectrorum tenebras penetrant, lacrimatq; Meduſa.
Illa videns omnes promptos ad bella, neceſq;
Eſſe animos, gladium viridi quem veſte tenebat
Incluſum rapit, ac fallaces ſubrogat auſus.
Noſtrum ait inuito Regnum quia robore magnis
Armorum, Martiſq; dolis defendere mecum
Audetis iuuenes, telum hoc capite, atq; potentes
Vos monſtrate viros perfectæ ſymbola laudis,
Quamprimum noſcam veſtræ, penetralia pandam
Aeratæ domus, ac circum vos mœnia ducam.
Vix ea deſierat docto Raynutius auſu

Dum

Dum caput ex collo reſecans, animamq; profundo
Immergens Erebro, nigros accedere coruos,
Ac titias volucres cernit, nutrire cruento
Omnes quæ vacuas cupiebant viſcere fauces.
Acceſſum bis probibens Virtus fætentia ſpurcis
Corpora demandat regnis, finemq; imponit.
Inde laboratam celſis in montibus arcem
Accedit feſtiua ſuis qua clauſa tenebat
Omnia diuicijs, ſocios monet hic immites
Eſſe feras, reſono quarum clamore cadebant
Omnia ab arboribus, nimia perterrita voce
Illi aures cera obducunt, corpuſq; fatigant.
Inde relucentis penetrantes regia regni
Compita, & auratas aulas, ſoliumq; coruſcum
Attoniti ſiſtunt, qua pergant parte, lecoue
Ignari rerum dubitant, dat ſedula dextram
Virtus, & talem format pietate loquelam.
Magne Ducum, Regumq; Decus Raynutie, quantis
Regia noſtra bonis nunc floreat, atq; triumphis
Conſpice, ſunt aliqui ſcimus qui florida campi
Elysij prata, ac dulces telluris odores
Deſpiciunt noſtra, veſtris ſed cuncta videte,
Ac luſtrate oculis, veniet ſi tempus ad auras
Vt renouetis iter, meritas ne linquite laudes
Ignotis latitare locis, ſed pandite quæq;
Demonſtrare paro, quod ſi me in honore fuiſſe
Conſpiciam, varias (multis quas ſæpe negaui)
Diuicias tradam, cæli veſtrumq; ſuprema

Nomen in aſtra feram. vatem dixere futurum
Eridani matres, latio præconia verſu
Ille canet veſtra, ac meritos cumulabit honores.
Hæc memorans ſolido factam de marmore nudat
Argenti tumbam, gemmas ac depromit omnes.
Auratum torquem, gemmas, nitidoſq; Hyacinthos
Dat noſtro feſtiua Duci, fulgentia vaſa
(Nigra tamen) ſocijs præbet, panditq; futuros
Illorum caſus, Sceptro debere potentes,
Ac claros Parmæ dominos gaudere, locoq;
Regali affirmat, dubijs modo proſpera rebus
Tempora ſuccedant, ac longis inclitum in annis
Imperium ſuperi ſeruent, fulgentia vaſa
Quamprimum terras noſcent argentea fient,
Dummodo feruentes vbi Phæbus dilatat æſtus
Omnia lucenti taceant inuerſa ſuſurro.
Etſi quis biberit, modo talia pocula ſummat
Agnoſcet quis eum ſpernat, quis diligat, atq;
Quis virtutis amans licitos ſibi quærat amores,
His animos hominum verbis blandiſſima mulcens
Auratam cedri nauim, qua ſæpe patentes
Elyſij portus ſpatians, campoſq; perennes
Florida odoriferis quærebat prata roſetis
Adducit, ſocioſq; ſuum comitatur in hortum.
Talia ſiquis ait Raynutius arua, ſinuſq;
In patria formare domo potuiſſet, honores
Heu quantos pareret mundo? nil pulchrius eſſe
Nobiliuſq; poteſt ſede hac, mihi tempora vitæ

De-

Demito Parca meæ, cauſas vel pande beati
Imperij, regniq; huius, quo rore, vel æſtu
Scilicet argutos circum candentia riuos
Lilia pubeſcant, repetam ſi patria tecta
Vt ſimili rerum ſtudio floreſcere campos
Atq; hortos faciam noſtros, cui talia virtus.
Magna Ducum ſoboles, vrbes dominaris & amplas
Quæ lacij partem, cauſas exquirere noſtræ
Deſine fortunæ, melioribus vtimur annis
Nos Diuæ quamuis colitis qui triſtia mundi
Pergama, mortaleſq; ſinus, triſteſq; penates.
Ars elementa docet quibus in regionibus herbas
Creſcere, & hybernos faciant floreſq; roſaſq;
Vos niſi per ventos, gratos telluris odores
Deliciaſq; virum capitis, nos munere Diuum
Nulla ope terreſtri gaudemus, fertilis humor
Omnia producit, cuncti lætantur eodem.
Multa tamen poſſunt veſtras qui ſcindere aratro
Ceperunt partes, illorum robore, & æſtu
Motuq; aſtrorum creſcentes frondibus vlmos
Exornant, faciuntq; nouos producere fructus.
His dictis portas, duro quas aere tenebat
Clauſas apperiens, donis comitatur onuſtum
Ac ſocios feſtiua Ducem, Martiq; relinquit.
Ille iterum claſſes renouans, atq; ordinis vſum
Promptus ad inuitæ ſe confert caſtra cohortis

Se-

Sereniſſimæ D. Margaretæ de Aldobrandinis Duci Parmenſi. Caput 9.

SI mihi ab experys ferrentur lilia pratis,
Fertilis æſtiuas vel daret hybla roſas.
Talibus ipſe tuas ornarem floribus ædes,
Proſpera dans laudis, ſigna animiq; tui.
At quia nec flores mihi ſunt, nec lilia; docta
Verſibus efficiet quod peto Muſa meis.
Illa meos (quamuis indignos) erriget auſus,
Ac canet aonia læta quod opto lyra.
Viue igitur felix, iterum felixq; triumpha,
Sacra tuum nomen dum canit alma dies.
Viue diu, nam vita tuo dabit iſta poetæ
Optat carminibus quod dare ſepæ tibi.

Fluuius Parma ad Naturam, & Artem Rediens futura Sereniſſimi Ducis Odoardi Nuptiarum Encomia ab illis cognoſcit. Caput 10.

QUamprimũ e patulis nigricãtes Cynthia pennas
Abduxit terris, piſces feſtiuus, aquaſq;
Artis Parma memor renuit, campoſq; patentes
Conſtanti accedit paſſu, quæritq; latentem
Naturæ ſpecum cuius trepidantibus alis
Imperium Venti, pecudes, populiq; viriq;
Noſcere diuerſo cupiebant munere, honore,

Obſe-

Obſequioq;: Dea huic argentea vaſa hyacinthos
Fercula, & innumeras gazas, Bacchiq; liquores
Supplice mente dabant, dubitantes viuere poſſe
Abſq; cibo aerium corpus, quia ſæpe peremptæ
Eſſe fame pecudes varias, genteſq; ſciebant.
Conueniens hanc Parma Deam, quoq; thurea dona
Attulerat, patriaſq; feras, binoſq; iuuencos.
Quæ tantis ne ingrata bonis foret, eſto mearum
Incola ſiluarum dixit, cognoſcere magnas
Poſtea lætitias faciam te, namq; futura
Magna ſcio terræ parmenſis gaudia, ſponſam
Duxerit inuitus ſi Dux Odoardus, & annis
Ceperit illius proles florere paternum
Illuſtrans regnum, vario virtutis honore.
Sunt peragenda prius mihi, quæ diuina poteſtas
Iuſſerat, huc quando nos miſit, poſtea quid quid.
Dignum erit auditu pandam, felixq; precabor
Principium rerum, medium, finemq; laborum.
His ea colloquium claudens ſe tradit opacis
Parma cacuminibus, doctæ diſtantiaq; Artis
Pergama miratur, dubitans an ſaxea, vel ſint
Ferrea, clamoſa reſonantes voce paludes.
Illa oculos tollens quamprimum vidit amicum
E patrio Parmam rediiſſe lacu, tu tellus
Vos montes dixit, rupes felicia ſponſæ
Tempora quam ducet conſtans Odoardus, & eius
Ingentis laudis nomen prædicite, tanta
Ne ſinite ignotis latitare hæc gaudia regnis,

Au-

Audierat vocem ac vocis perterritus ipſo
Parma ſono celſa renuens frondentia rupis
Culmina, da rerum tandem gaudere tuarum,
Ars inquit, cœli ſuperum ſi Numen adoras,
Inclita parmenſis mihi pandito gaudia terræ.
Hoc commota ſono, gelidas vbi celſa parabant
Aſtra niues corpus rapiens alaq; miniſtra
Naturam adducens, patrios cognoſcere mores,
Virtuteſq; facit. Bellis en qualia monſtret
Robora Parma inquit. Quando ſponſalia fient
Accurrent variæ gentes, clamoribus vrbem ac
Ignibus implebunt ciues, niſi læta iociq;
Gaudia cernentur, felix qui viderit, & qui
Nouerit inſignes patriæ telluris amantes.
Veſtibus incedent aliqui, criſtiſq; ſuperbi.
Lætus hymenæos populus, ſponſæq; futuram
Progeniem canet, auratas cultiſſima menſas
Aula thoros, Orbes, precioſis pocla hyacinthis
Imponent alacres famuli, niſi gemmea vaſa
Cernere erit, ſapidoſq; cibos liquidumq; falernum.
His dictis dubius Parma, an ſimili gaudere
Omnes lætitia poſſent, encomia quando
Fiunt, vel tantum clara de ſtyrpe creati
Longa qui numerare ſuos ambage nepotes
Poſſunt, ſuſpecto talem dans ore loquelam
Artem ſic fatur, ſponſam quoq; ducere ſummus
Si mihi Mercurius mandaret quo Duce, vel queis
Delicijs poſſem famam monſtrare, meiq;

Im-

Imperij nomen, ſimili ſponſalia ritu
In patrijs fieri lymphis fortuna recuſat,
Scit quia nos Diuos ſpacioſos ſæpe vagari
Per pelagi fluctus, nunqaum perſiſtere ſede
Aſſueti patria, piſces quos claudere noſtro
Gurgite conſueui, refuga nidulantur in vnda
Indigenis ſolitas quærentes faucibus eſcas.
Ars cui. Te fontes teneant, gelidiq; liquores
Inquit terra tua eſt, lymphæ, ſplendore carere
Te ſimili voluere Deæ. Neptunus aquarum
Rex, a quo pariter ſtirpem duxiſſe videris.
Obtinuit pelagus Iouis alta potentia cælum
Pluto ſtygis rupes, nigræ telluris, & agros.
Illi coniugio poßunt gaudere, Deaq;
Tu fluuios inter regnans liquidasq; paludes
Delicijs expers tantis regnare perenni
Cogeris exitio, & tibi ni quoq; mænia condas,
Te quibus a ſubitis defendas fluctibus, vllam
Aquires ſponſam, niueis ſpacioſa pruinis
Flumina quando rigent, fugientes littora Nymphæ
Proſperiora ſuis quærunt habitacula rebus
Marmoreis ſe aulis claudentes, frigora donec
Ad patrios redeant ſpecus, ſpernentia mæſtas
Aequoris ingluuies, rurſus rediuiua petitos
Eſtas ſi vultus præſert, habitacula linquunt
Saxea, & ambroſias vertunt ad littora plantas
Humida te cupiunt, campo regnare patenti
Non patitur Natura Deos, ſors iuſſit vt vndas

In-

Incoleres Victor nonquam periturus in illis.
Participem ſi me ſecretis feceris ample
Gurgite quæ claudis ſedes formare, domoſq;
Inſignes vellem, quibus omnes frigoris aſtus,
Crudeleſq; minas poſſes euincere, fortes
Ventorumq; dolos, turritis mænibuus arcem
Conderem in ignotis vndarum partibus, auro
Argentoq; grauem, tali defendere nocte
Teq; dieq; tuos poſſes ſine frigore piſces
Te glacialis hyems quando niuealibus auſtris
Implicat, & gelidis veſtit ſpatioſa pruinis
Compita terrarum fugiens per littora circum
Indigenas eſcas quærens, vitæq; medelam
Me Duce pacato viues Dominator in antro,
Nullius exitium pauitans, fortuna beatum
Te faciet, magnamq; dabit pro coniuge ſponſam.
His lætus verbis gemmam ſplendore coruſcam
Porrigit, illuſtri cuius virtute, timores
Pellere quiſq; ſuos poterat, frondentia Apollo.
Culmina Parnaſſi, quando comitatus amato
Agmine Muſarum luſtrabat, ſemper, eadem
Ornatos gemma digitos ſeruabat; honeſtam
Eſſe putans laudem. Dubius euincere ſortes
Qui cupiebat eam lacrimis, ac ſuplice voto
A Iouis imperio poſcebat, qua quoq; ſæpe
Vſus erat, cæci poſtquam diuiſerat Orei
Infauſtos aditus, campos ac nocte patentes
Sidereoſq; ſinus, ſecus impia ſors terreſtres,

Vel ferruginei fœdata cadauera regni
Attribuiſſet, opem cœli, terræq; recuſans.
Hanc fixo mirata oculo ſubriſit, amore
Illius nimio capta Ars, hinc ore renidens
Naturam longos tremulo quæ gutture rhoncos
Ducebat rogat, vt ſociali robore clara
Adiuuet in medijs formare palatia lymphis
Ebrius hanc Bacchi ſpumanti Parma liquore
Demerat Alcidi, fugiens qui duria mortis
Spicula ad illius fato deuenerat oras,
Effugium quærens, & quamuis quid potuiſſet
Hæc prodeſſe homini nunquam cognoſcere ſummus
Huic permiſiſſet ſtellati Rector Olympi.
Sæpe tamen neruo pecudis, bis millia frontis
Cuius in occulta creſcebant cornua parte
Hanc coniungens lucenti præſtantior auro
Fiebat, formam ſeruans, priſcumq; ruborem
Quocirco attentans alias an clauderet artes
In ſolis radijs, truncos accendere, & vrnos
Ingentes poterat, pariter ſi terra tumultu
Plena erat, expulſo ſedabat turbine ventos
Infenſoſq; notos patrijs pellebat ab oris.
Lætior ergo animum capiens, extinctaq; cordis
Robora ad antiquos reuocans, vrgenſq; labores.
Cedrum ſublimi patulum quæ vertice cœlum
Tangebat reſecat ſiluis, imponit, & vndas
Inter, principium cupiens formare, domoſq;
Frigora caucaſeis huic ne quoq; bella pruinis

C Pi-

Piſcibus inſerrent hyemali tempore, tali
Illos congerie includit, pablumq; recuſat.
Ingens quod piſcis cernens, qui faucibus eſcas
Exhauſtis ſolitas refugis quærebat in oris.
Naturam vultu irato, caudaq; minante,
Auctorem accedit quærens cauſamq; malorum
Talia voce ſonans.
Perfida quis tantis inducere bella ruinis
Te Natura hominum docuit, quæ falſa Deorum
Numina conſtructis nos claudere iuſſit in antris
Nulla vbi ſpes eſcæ, vacuis ſed faucibus, atro
Cogimur exitio vitam perducere noſtram.
Nos genus vndiuagum ſpatioſa paſcimur aluo
Natura inſtructi nunquam perſiſtere eadem
Parte loci, celeri circum ſed flumina ſaltu
Currimus, herboſas quærentes faucibus eſcas.
Hac nos inſtructi, terras habitare recuſant
Naturæ vires, madidi quia turba liquoris
Dicimur, atq; ſumus furibundis eſca palatis
Quamuis inuiti, ſortem dum quærimus, hoſtem
Cernimus ignoto noſtram qui ſedulus hamo
Perniciem tentat, viſcoſas porrigit eſcas
Nos vacuo circum currentes ventre, ruinam
Quærimus, & mortem magno cum vulnere vitæ.
Hęc memorans clauſos iuſſit Natura meatus
Pandere, & vndiuagum ſpatioſa per æquora piſcem
Currere, demonſtrans tam ſtricto viuere ſpecu
Squamigeras non poße feras, quia curſus aquarum
Illo-

Illorum patriam ſummus ma ndaucrat eſſe
Iupiter, humanis cum conderet æquora in oris.
Læti igitur patulis iterum per flumina portis
Effugiunt, priſcoſq; ſinus, pablumq; reuiſunt.
Ars operoſa trabes iungit, ceptamq; labore
Eleuat ingenti terrim, perq; omnia luſtrat
An concepta ſitu bene ſtent fundamina eodem
An deſint præcepta quibus præſtantior eſſe
Forma queat, gelidas, primum generata per vndas.

Sereniſs. Principi Mauræ Luciniæ de domo Farneſiorũ, atq; Abbatiſsę in monaſterio Virginum S. Alexandræ Parmæ. Cap. 11.

INdignum eſt laudes, meritoſq; tacere triumphos,
Vidit quos oculis caſta Diana ſuis.
Nec fas eſt animum quem vidimus eſſe perennem,
In patrijs clauſum linquere ſemper agris.
Splendor enim vultus, generoſæ lumina frontis
Exoptant memores, Phœbe ſaueto dies.
Curta negat quod vita hominum, tempuſq; ſenile
Eſſe, dabit cantu caſta Thalia ſuo.
Parta tacere nequit vitæ miracula, tota
Rumpit in hos dulces læta ſed ipſa ſonos.
Tali vt cepiſti vinas caſtiſſima voto
Vt ſis virginibus fama decuſq; tuis.
Iuſta dabunt nam fata tibi, quod perdidit ille,
Inter qui teneras ceperat eſſe roſas

Filia Sereniſſimi Ferdinandi de domo Medica Principis Hetruriæ, noctu a Terra ſe S. Principis Odoardi ſponſam futuram cognoſcit. Caput 12.

HEctoris obtentos alij laudare triumphos,
Huius & heroas pergant extollere laudes:
Experij laudent alij violaria campi,
Deq; ſolimæo felix ſit mentio regno
Inclita de ſirijs miretur Roma ruinis,
Prædicet atq; ſuas victrix Babylonia clades.
Nobiliora meam irritant præconia mentem.
Maior & aonio ſtimulat me gloria cantu
Pandere quod nondum vates cecinere Sibyllæ,
Omne ſed inferno terræ ſub cardine clauſum
Liquerat infelix ætas, quia maxima quamuis
Munera naturæ produceret humida tellus
Longa tamen rerum diſcordia verterat Orbem,
Vatidicoſq; animos ad viſa canenda paratos
Ira Deum vertens omnes confunderat auſus.
Vos animo vatis Muſæ ceptiſq; fauete.
Rerum grata parens tellus ab origine mundi
Antequam in vmbroſis errarent paſcua campis,
Flora vel æſtiuos produceret æmula flores
Nouerat a ſuperis Medica de gente futuram
Inſignem forma Nympham, quam poſtea Reges
Poſcere ab illuſtri precibus, doniſq; parente

Ma-

Magnis debebant, teneros modo linqueret annos.
Quocirco a centro roſeis onerata caniſtris
Prorumpens, Cremeram tendit, triſteſq; profundis
Pellens a lacubus peſtes, dat talia lymphis.
Magnum hominũ, Diuumq; genus diffuudis in amplas
Quod mundi partes ſpacioſo gurgite lymphas
Sæpe venennatis varios quæ fluctibus Orbi
Interitus pariunt, refugos nunc linquere curſus
Te iubeo, ac violis triſtes prohibere timores.
Qua venere via redeant triſtiſſima Auerni
Monſtra, ſtÿgis repetant tenebroſa cubilia peſtes,
Morborumq; metus, præſtantior Vrbibus ætas
Ventura eſt veſtris, non amplius atra perenni
Fulmina conſpiciet ter felix Tuſcia vultu.
Talia commemorans violas immiſcuit omnes
Purgauitq; lacus, dixitq; nouiſſima verba.
Inde ſpecum repetens meditari cepit adultam,
Quo Ducis alloquio natam, vel mente, beatæ
Inuitas Parmæ laudes, Ducis atq; Odoardi
Inſignes animi dotes prædiceret, antrum
Deſerit, & panſis intrans penetralia portis.
Nocte duce, hanc tali recubantem voce precatur
Magna Dea, in ſuperis qua non præſtantior aſtris
Cernitur ingenua, qua nec virtute videri
Pulchrius ampla ſint tellus, nec noſcere Olympi
Sidera permittunt, te nunc ſponſalia quærunt,
Nunc proles habitura tuas es, magna per Vrbes
Gaudia quæ ſpargent, rubro ſplendere galero

Partem conſpicies, alij virtutibus omnes
Maternos ornare ſinus, belloq; rebelles
Vincere non ſiſtent, magnas ſponſalia laudes
Iſta tibi parient, noſtras modo ſurda loquelas
Ne renuas tantis forſan perterrita votis.
Illa caput releuans, longò detenta ſopore
Lumina per nitidum deflectens caſta cubile
Cernit adeſſe Deam, cuius per colla lapilli
Candida ſerpebant, roſei prodibat odoris
Ardua ab illius ſpaciſo gurgite moles,
Quæ toties, totieſq; nouam formare figuram
Incipiens, nimia mentem nouitate trahebat.
Ergo Ducem ſomni pellens, qui puluere cunctis
Inſerat inſperſo populis captare quietem
Eleuat ex lecto corpus, veſteſq; reponens
Ingreditur monſtroſa loci penetralia, ſeq;
Spectandam Diuæ caſto dat plena rubore.
Sors ait ipſa animos cæca dum nocte ligatos
Continet, acceſſus cauſam mihi pandito, cur tot
Ore feras turres, quas nec quoq; viribus Adlas
Ferre ſuis poßet, dic qua virtute, labore,
Ingenioq; virum tantas portare ruinas
Iuſſa es, namq; tuis dabimus reſponſa loquelis.
Illa ſuo quæſita ſono dare verba parabat,
Decidit ex labris quando fortiſſima Parmæ
Machina, in antiquam rurſus reuoluta figuram.
Quo exanimata ſono fleuerunt ſqualida Auerni
Pergama, & inſolito Plutonis territa bombo

Flumi-

Digitized by Google

Flumina ab aſſueto ceperunt ſiſtere curſu.
Flereq; inoptatam reſonanti voce ruinam.
Piſces Parma ſuos ſpacioſa miſit ab aluo
Aligeræq; feræ raptum fleuere volatum
Virgo tamen nulla clamoris territa voce
Ingreditur portenta loci, reuolutaq; in omnem
Pergama ſpectat ouans formam, prius eſſe quod æquor
Viderat, in celſos conuertitur vndiq; muros
Vltima forma perit, redeunt ſpacioſa theatri
Mœnia ceruleos renuentia littora fluctus.
Accedit feſtiua domum, quæ turribus amplum
Incluſis ſpacium capiebat, ſeq; videndam
Spectandamq; ſeni præbet, qui clauſa tenere
Limina iuſſus erat portæ, ne territa ceruis
Currere per medias tellus quos fecerat vndas
Perderet ambroſiam Virgo caſtiſſima formam
Hic greſſum firmans, gelidæ prorumpit ab ore
Delphin aqua, madido cui lucidus anulus ori.
Quem fugiens firmare gradum iubet Alma Dearum
Camporumq; parens tellus, ne deſpice felix
Inquit, quod tibi coniugij ſignum dedit ætas.
Hoc firmata ſono patriam comitatur in aulam.
Diſpereuntq; loci formæ, renuuntq; figuram
Patria tecta domus, tantas ſpernentia pompas.
Non tamen ex animo tam doctæ virginis, artis
Ceſſerat immenſum decus, & laudabile regnum.
At ſociam tacito quærens ſermone, quid eius
Ingentis facies molis portenderet hoc mox

Cogitur inceptam ſonitu firmare loquelam.
Tuſcia quam volucrum cantu, quam munere Diuum
Diuerſo cernis rerum florere virore
Iunget amore pari populos, diuiſaq; regna
Coniugio firmare ſuo parat, eſſe parentem
Te magnæ prolis faciet clariſſima Parmæ
Gloria, ſi ſcires quantas inuita Deorum
Numina delicias parient tibi, quantaq; ſortis
Dona feres, nullos optares Virgo maritos
Quam quem terra tibi parmenſis pertulit, auro
Argentoq; grauem, cuius ſi lumina frontis
Candida conſpicere exoptas huc flectito ocellum
Virgo tuum animumq; meis coniungito ceptis
Hæc effata Ducis, formam, quam veſte tenebat
Purpurea pandit, monſtratq; per omnia quanto
Fecerit illius faciem natura labore
Quam bene conueniunt oculi, caſtiq; rubores?
Quam bene docta ſuis ſtat frons coniuncta capillis,
Corporis ac reliquæ partes, quas ordine eodem
Ter felix natura ſuo coniunxit amore.
Illa diu mirata oculos, mirataq; caſta
Membra Ducis, varios quamuis fortuna maritos
Porgat abunda, tamen nullos optare videbor
Ni felix Odoardus erit, quem cernere rerum
Grata parens tellus fecit, virtuſq; deorum.

Finis Libri Primi.

LIBER SECVNDVS DE FABIIS.

In Quo res non minus iucundæ quam in primo reperiuntur.

Incipiens ab Hercule, a quo Fabij originem ſuam accepiſſe dicuntur,

Qui in ſpeculo futurorum diuerſos ſuę progeniei euentus cognouiſſe fingitur.

Nobili Viro GABRIELI DE FABIIS I. V. D. Patrono ſuo plurimum honorando, ac amando.

MAgna canam Fabiæ gentis præconia, laudes,
Prēlia, & innumeras ꝓprio quas robore gētes
Deuicit, variæ ſtimulata cupidine famæ.
Tu mihi tam diri ſeriem Bellona duelli
Pandito, nam præſens fueras dum tela, Ducesq;
Flagrabant refugos conſtanti pectore in hoſtes.
Dic pariter qua mente Deum, quo Numine, tantos
Sors Fabiæ gentis Proceres demiſerit Orco.
Herculeus nondum terris labor, atq; poteſtas
Viſa erat, immenſum peragrabant monſtra per orbem,
Nullo victa metu, ac nullas pauitantia vires.
Lætus adhuc ſuperos inter viuebat, & amplæ

Con-

Digitized by Google

Contorquens aciem ſpacioſa per atria terræ,
Ingentes ſpectabat opes, Martiſq; potentes
Armorum claſses, pelago quas fortia damnis
Caſtra ſequebantur varijs armata machæris.
Noſcere dum cupiens quonam ſua forcia ſummus
Pectora mandaret ſtellatæ Iupiter aulæ.
Acceſſit ſpeculum, gentem in quo ſæpe futuram
Cernere erat, menteſq; hominum, terræq; tumultus.
Illius aſpectu felix ſi Iuno bibiſset,
Venturas pariter ſortes, ſecretaq; Diuum
Nouiſſet quicumq; aciem flexiſſet in illud
Vertice ſublimis, ſic iuſſerat ipſe Dearum,
Nimborumq; Parens, lætis Saturnia quando
Tempora erant Diuis, triſtes, & machina curas
Pellebat, placido Bacchi repleta liquore.
Hoc dederat pro dote ſuo ditiſſima ſponſo
Iuno Ioui, caſtos caneret cum Muſa hymenæos,
Ac ſoror Ops tanti gauderet ſorte mariti.
Inquo ſublimi intuitus ſe vertice Magnus
Alcides, ſatis cognouit linquere magnum
Se debere Polum ac plenas formidine terras
Incolere, vt magnum faceret ſibi robore nomen.
Quocirco exhilerans rurſum alta cubilia, Diuoſq;
Accedit, dulciq; Ioui dat talia voce.
Summe hominum, Diuumq; pater, dominaris in omn.
Qui cæli, terræq; plaga, ſcio maxima noſtris
Voluere de rebus diſcrimina, teq; potentem
Me feciſſe Deum, non vt cæleſtia ſemper

Numi-

Numina conſpiciam, Stygias aliquando ſed vmbras
Conſtanti accedam paſſu, genteſq; malignas
Robore contundam noſtro, mihi thurea ſacris
Munera ni dederint flammis vinumq; dicatæ
Attulerint aræ, ſolito telluris honore.
Verum cura animum cruciat grandiſſima noſtrum
Neſcius ipſe homines inter victurus, & atras
Siluarum pecudes, quali in regione parentem
Me faciam pulchræ prolis, ſponſalia forſan
Contraham in humanis iuncto ſi fœdere terris.
Nulla meo thalamo digna eſt formoſa ſit inquit
Quantumuis, ſuperum forſan ni e ſtirpe Deorum
Orta ſit, haud ſimili ſaltem ſub gente nepotes
Oſtentare queat, propria virtute beatum
Qui ſibi fecerunt nomen, laudemq; perennem.
Turpe eſset Diuo cæleſtia pectora fluxo
Iungere connubio, nullo cogitante maligna
Quod Mortis furia a dulci ſubuerteret æuo.
Aequali gaudere thoro Proſerpina ſemper
Suaſit, diuerſos pariunt quia ſæpe labores
Magna hominum capita innumeris ac litibus arces
Diſcordi expugnant animo, flammiſq; relinquunt.
Tum quia terribilem monſtroſo corpore prolem
Concipiunt, aliquando ſua quæ cornua centum
Fronte gerit, vel quæ deformi vertice magnas
Portentat clades vitæ diſcrimina noſtræ.
Tu mihi connubio ſtabili pater optime Diuam
Iungito, quæ pulchra faciat me prole parentem

Turpe

Turpe tibi eſſet cognato qui ſanguine iunctus
Es mihi, ſi noſtros crudeli ſperneret auſu
Diua thoros, cupiendo homines mentemq; caducam.
Cui Pater atq; Deus. Magnos mihi cura labores
Alcides peperit, nunquam tam duria rebus
Fata fuere meis inquit, te Pallade dignum
Cenſueram, ſed ſurda tamen contemſit amores
Pallas iniqua tuos, gelidas Erythræa lacunas
Ni coluiſſet, eam iuſto tibi fœdere ſponſam
Feciſſem; Ingentes auri cumulos habet illa
Magnaſq; Eridani partes colit, aemula vita
Sed quia Neptunus lymphas regit atq; paludes
Imperium ſpernit noſtrum fugitiua per vndas.
Cui Deus Alcides non hæc impunis abibit
Inquit, ſed tales quamprimum cepero partes
Hanc prompto quæram paſſu, cauſamq; requiram
Cur noſtros renuat vultus, curq; impia caſti
Impatiens thalami fugiat moritura ſub vndis.
Et iam iam ad terras venturus erat, Deus ipſe
Detinuiſſet iter tali ni voce locutus.
Nate redi tibi reſtat adhuc cognoſcere quænam
Sit cauſa aetherea cur te mittamus ab arce
Ignotas inter gentes vbi nulla Deorum
Fama viget rabie furiunt ſed cuncta ferina
Plena eſt diuerſis infelix terra ruinis
Infeſtant Vrri populos, tigrideſq; rapaces.
Ingentes pariunt clades timor vndiq; regnat
Maximus, afflictas, tollitq; ad ſidera palmas

In-

India cum perſis, tanto medicamina damno
Inquirens, miſeris, & ni tua robora rebus
Auxilium præſtent, nimio defeſſa labore
Infenſis erit eſca feris miſerabile fato.
Hæc memorans ſpeculum accedit, quod dorſa leonum
Millia portabant, huius ſub parte ſiniſtra
Omnis creſcebant generis flores, herbæq;
Doctus Apollo quibus quando vertigine Bacchus
Plenus erat, mixto faciebat nectare ſuccos,
Muſarumq; choros dulci replebat odore.
Inſcius hos ſiquis flores tetigiſſet, & herbas
Amplius incluſas ſpeculo cognoſcere vires
Non potuiſſet, opem quantamuis ferre Deorum
Quislibet immenſa conatus mente fuiſſet.
Hoc pariter tetigiſſet homo ſi Perſicus, illi
Ingens creſcebat naſus, quo maxima ſæpe
Pondera geſtari poterant bis millia centum.
In pænam id dederat Perſis Erythræa fugarant
E gelidis ſocias crudo quia vulnere lymphis
Quocirco Alcidem monuit Saturnia proles
Velleret vt ramos ſupera tellure repoſtos
Vindictæ cupidus, rapidis dans fruſtra fauillis
Ille auidus mandata ſequens in millia ſcindit
Fruſta herbas, floreſq; ſuo denudat odore.
Non ego peſtiferos inquit ſubcreſcere flores
Permittam, varijs pariunt qui damna ruinis.
Perſicus & quamuis noſtras venturus ad aulas
Sit nemo, gaudere tamen tot fraudibus ipſam

Non

Non patiar, noſtro cedet ſed territa viſu.
Iupiter interea per magnas vndiq; partes
Lumina contorquens, ſabia de ſtirpe futuras
Cernebat gentes tenui quæ corpore circum
Aerias ſedes volitabant perq; meatus
Occultos terræ, pariter quas cernere iuſſa
Iuno ſuſpirans talem dedit ore loquelam.
Ah miſer Alcides cauſam ſerieſq; malorum
Pandere conſtituit Deus, haud diſcrimina rerum
Euentura tua per magna pericula genti
Mortales docuere pati triſtiſſima quæq;
Gorgonides furiæ, quando permixta Deorum
Patria erat. Terris at nunc crudelior aetas
Ventura eſt quæ noſtra ſuis penetralia telis
Edomitura ruet, ſua ni fulgentia magnus
Fulmina demittat permixto Iupiter igne.
Tu ſimul in dubio poſitus diſcrimine vitæ
Experieris ait ſtimulis quibus illa vehatur
Et quibus in genuo faueat lætiſſima vultu.
Hęc memorans ſpeculo variæ ſpectacula aperto
Creſcebant ſortis, frondentis culmina lauri
Pertingens Cygnus, dulci modulamine cantus
Formabat varios, hanc circum magna volucrum
Agmina currebant, cantu detenta ſonoro.
Queis viſis dubio voluens ſub pectore, quanam
Parte Deus, mundi tam triſtia numina genti
Euentura ſua vellet, properare ſagittis
Ingentes acies cernit, Martiq; ſepultos
eſſe

Eſſe Duces varios, quorum virtute potentes
Flagrarant vrbes, atq; integra regna, domuſq;
At quia mens etiam felicia poſſe putari
Signa hæc credebat, tali dans voce loquelas,
Ambiguos rogat, vt pandat ſibi Iupiter ortus.
Si tibi ſum cordi ſtellatæ. Conditor aulæ
Dic mihi quæ gens hæc ſpacium per inane volatu
Quæ celeri fugit, ingentes dans voce tumultus.
An forſan portenta ferant, an duria rebus
Fata futura meis monſtrent, quia ſæpe maligna,
Quamtumuis fortes iugulantur fraude Gigantes.
Et licet ipſe Deus magni ſim roboris, atræ
Non tamen effugiam crudelia vulnera Parcæ.
Dic quoq; quid faciat præſtanti corpore turbas
Italicas inter, populoſq; volumina voluens
Vir prope parmenſem fluuium, mihi namq; videre
Nil ſinis in caſum tali cui eſt voce locutus.
Me tua cauſa Hercles taciturna nocte labores
Innumero cruciat, cupiens tibi namq; perennes
Eſſe dies, varia voluo formidine genti
Quali te iungam. Quamuis ſit maxima moles
Mundus, habet ſemper plenos diſcrimine caſus:
Sors eſt poſſe hominem votis gaudere petitis
Fęmina nulla bona eſt, etſi bona ſorte ſit vna
Non manet illa diu conſtans, contemnit amantis
Sed fugitiua thoros, quanti ſpurciſſima Phaedra
Interitus non cauſa fuit? quot ſcandala ſponſo
Paſiphaæ intulit, infamidans pabula cordi

Tu

Tu proles habiturus eris ſi ſidera linques,
Quæ tibi con ſimiles fient virtutibus omnes,
Principium quarum placida quia mente repoſcis,
Hoc erit, hęc ſeries rerum, finiſq; tuorum.
Ate principium ſuperis volitare ſub oris,
Quos cernis capient manes, natura potentes
Hos faciet bellis, magno diſcrimine vitæ.
Imperio florere diu fortiſſima Martis
Gloria non ſinet, exitium pariet Bellona
Magna venennatis irritans pectora verbis.
Eſt mihi ſphinx ſecreta poteſt quæ noſcere, quæq;
Venturas hominum ſortes promptiſſima pandit,
Oſtenditq; modos, quibus euitare labores
Poſſit, qui famæ cupidus ſibi proſpera adoptat.
Hanc ſtrictam duris teneo ſub rupe cathennis,
Ne Diuum fortaſſe aliquis nouitatis amator
Vrgeat ignotas reliquis edicere cauſas
Cur ego ſim cæli dominus, Neptunus in vndis
Regnet, & infernis dominetur Pluto ſub vndis.
Nam quamuis mihi ſorte Polum cueniſſe putarint
Longe alia eſt ratio tamen, hoc cur Pluto carere
Debeat, infernis ſemper manſurus in antris.
Si ſcirent ſatyri quali bonitate fruantur
Diuorum mentes, ſiluas habitare ferasq;
Diſineret celeri cupientes ſidera ſaltu.
Verum non pandet Sphinx talia, nec tenebroſas
Effugiet rupes, duris vbi ſtricta cathennis
Excubat, ingenti formidans corpore Numen

Impe-

Imperiũmq; meum. Solitis adducere vinclis
Hanc faciam, ventura tui prædicat vt ortus
Quæ bona, quæ mala ſint, alia ratione paternas
Non linquet ſedes, ac cæca tecta cauernæ.
Mercurium hæc memorans mittit, qui vincla reſoluens
Adducat ſphingem; promptus qui iuſſa ſecutus.
Irritat volucres pennas, ac corpora vinclo
Subleuat, ingenti quantumuis robore ſurſum.
Illa ſuperba ſui lætatur imagine vultus
Eſſe putans ſuperos inter diſcrimen ephebos
Ortum, quæ nam ſit vultu formoſior, aſtris
Fęmina, vel terris, vel quæ præſtantius artem
Symbola noſcendi teneat ventura, dieſq;
Quam venientem ipſo contemplans lumine Phœbus
Riſit, & o dixit quantis ſpectacula monſtris
Producit natura ſuo gratiſſima partu.
Forte aliquis Diuum vocat ad cæleſtia ſphingem hanc
Illius vt mores diſcat, quo ſpiritu, & arte
Scilicet euentus cognoſcat quiſq; futuros.
Hos etiam accedam feſtus me regia namq;
Cognoſcet, modo luminibus dem ſigna coruſcis.
Interea in nitidum peruenerat ille cubile
Rex vbi cælorum varijs habitabat ephebis
Cinctus, venturos perpendens Herculis ortus.
Regia quam cernens tenero dat brachia collo,
Cauſamq; exponit cur ſidera quærere, & antra
Linquere mandarit, cui alacri dat talia voce.
Obſequium præſtare tuis ſum prompta loquelis

Magne hominum Rector, mihi iuſſa capeſcere fas eſt
Ex me nunc tandem tuus o Rex magne, quod optas
Explorare labor, modo ferrea vincula noſtro
Eleuet ex collo Iuno, ſuperaq; vagari
Me patiatur humo, donec genitalis inanem
Spiritus ad mentem redeat, quo protinus orto
Incipiunt ſecreta animi prodire volando
Pandereq; optatas nullo diſcrimine ſortes
His dictis mandata requens Saturnia proles
Aurato retinens nodo per ſidera ducit,
Itq; comes, ne forte Deum crudeliter aſtu
Hanc rapiat, quæratq; Iouis ſecreta, ſuiq;
Quam poſtquā eſt longis comitata ambagibus amplā in
Aulam deducit, ſolio locat atq; coruſco.
Illa videns Herclem lacrimis mæſtiſſima obortis
Langueſcit, timidoq; parat dare verba palato.
Is contra dubius quonam percuſſa timore
Sphinx eſſet voluens, paulatim cedere regno
Aerio cernit, celeres ac vertere greſſus.
Attrahit idcirco vinclum promptiſſima Iuno,
Cauſamq; exquirit, fugiat cur aſtra Deoſq;
An forſan minitatus ei ſit Iupiter, altas
Iuſſerit haud ſedes properanti linquere greſſu.
Huic reſponſa tamen dat nulla, immota reſiſtit
Sed veluti rupes, palleſcit imagine vultus,
Virgineumq; genas decus, & præſtantia cannos
Vertitur in cineres, rectæ ſtant vertice criſtæ.
Nouerat Alcidem nam ſi veniſſet in altas

Ter-

Terrarum partes domiturum monſtra, ferasq;
Ingentes, inter quas magnum ſe quoq; monſtrum
Eſſe ſciens mortem pariter trepidabat, & Orcum.
Quam placidus nitido confortans lumine Phœbus
Noli ait exequijs triſtari tam cito, terras
Deſeret ille prius, quàm tu moriaris, & atræ
Contemnas ſpelæa caſæ, te poſcit, & optat,
Ut pandas ventura ſuis exordia natis.
Vidit enim ſpeculo diuerſæ ſigna ruinæ,
Quæ magnum pariunt dubium, diſcrimina mæſto
Oſtenduntq; animo, quod ſi te geſſeris eius
Ut genitor, cupit, ingenti gaudebis honore.
Vult vt principium pandas, finemq; ſuorum
Natorum, tantis igitur ne deſice rebus.
His dictis animum capit, horroremq; relinquens
Attollit volucres pennas, dans ſymbola pacis.
Indeq; iuſſa omnes venturæ pandere gentis
Euentus, tali dat dulcia verba loquela:
Difficile eſt ô magne Hercles tibi pandere, nundum
Ingenio penetrare ſuo quod Iupiter ipſe
Eſt viſus, quamuiſq; mihi ſint cognita quæq;
Euentura tuæ ſunt prælia, gaudia genti
Lingua tamen nimis eſt tenuis, defeſſa loquelis
Cederet illa meis, ceptis ſuccumberet ipſis.
Magnus enim eſt cumulus rerum tibi dicere noſtra
Quem mens conſtituit, quod ſi me ſcribere primus
Edocuiſſet annis præclara volumina factis
Implerem, laudeſq; tuas ad ſidera ferrem.

Non tamen officio deero ſed iuſſa Tonantis
Prompta ſequar, vitam cuius ſub Numine duco.
Tercentos rapiet crudeli vulnere victos
Vna dies, præcepsq; ipſos deuoluet ad orcum
Quæ fugiunt latiæ gentes ſunt, quæ ſine tantis
Bellorum ducibus properantis ſpicula mortis
Euitant, damnumq; timent, mortemq; recuſant.
Vir prope parmenſem populum, cui maxima circum
Agmina ſunt, clara pariter de ſtirpe tuorum
Exorietur, opem cuius (quia maximus arte,
Ingenioq; erit) optabunt triſtiſſima ſæpe
Corda hominum, dubiiſq; petent medicamina rebus,
Gabriel huius erit nomen, quia fortis, & aptus
Omnibus ambiguis, ipſiſq; videbitur aſtris.
Maxima, quæ celeri voluitq; volumina mente
Sunt leges, quibus illicitos cohibere furores
Intrepidus faciet, non illum munere rumpet
Auxilium petiturus erit, qui ſæpe, ſuiſq;
De rebus dubius voluet diſcrimina queis ſe
E tantis liberare malis queat, atq; periclis
Non cedet virtute aliis, præſtantius ipſo
Cernere nil poterunt Diui, eius laudis, honoris,
Ingeniiq; decus longo ſplendebit in æuo
Non ſecus ac rutilæ ſplendent ceu ſidera lunæ
Ipſa vel ætheréis quando fulgentia cæli
Sidera lætantur donis, gaudentq; talentis.
Huius in aduentu ad terras, morietur in arte
Iuridica Vir mente potens, qua morte benignus

Fle-

Flebit Ariſtæus, latiæ flebuntq; ſorores.
Officium cuius ſuccedet Gabriel, ipſos,
Quem populos inter cernis, genteſq; futuras.
Non is iura ſinet cæcis latitare tenebris,
Vel dubijs herrere animis, ſplendere coruſco
Sed veluti cælo faciet, quia magnus, & ille
Doctor erit, fabiæ non vltima Gloria gentis.
Quamprimum teneris ſors hunc florere ſub annis
Viderit, ingenium præſtans mentemq; perennem
Infundet, varioq; ſimul præcinget honore.
Cygnus tam dulci cantat quæ voce, volucres
Conſociaſq; vocat, magnos in ſtirpe ſuorum
Indicat euentus, Prolem generabit, in omni
Quæ florens rerum ſtudio dulciſſima mundo
Verba dabit, variaſq; oris dulcedine gentes
Attrahet byblæi pluſquam cupienda liquores.
Et ni fata patri immaturo vulnere mortis
Demant, oſtendet felix quas oderit artes,
Et quas optarit cæleſti præditus aura.
At varias quamuis videas cladeſq; neceſq;
Ne timeas, meliora dabit fortuna laborum
Præmia, ad optatos veniet ſi paruulus annos,
His ea finierat lacrimis perteſus obortis
Dum miſer Alcides; Da inquit placidiſſime rerum
Vmbrarumq; parens terris gaudere a regnis
Me pariter diſiunge tuis, exordia prolis
Incipiam fæſtiua meæ, cæloq; dicabo.
Inde ſalutatā Iunonis matre, Ioueq;

Inſueto Sphingis dorſo per lucida circum
Nubila portatur; cuius fulgentia colla
Aurato ſtringens vinclo Saturnia proles
Quod dederat, terras ſubitus pertingit Iberas.

Trecenti, & Sex Fabij vna die bello deleti. Caput. 2.

FLagrabant varijs Romæ confinia bellis,
Perq; Europeas peſtis, diſcordia, morbi
Regnabant terras, patriæ ſub Iudice lites
Ignotæ ſtabant, ſociali fœdere iunctæ
Pugnabant Vrbes, atq; integra regna, Ducesq;
Soliciti patrias ſolito de more Quirites
Quærebant copias, varijs exhauſta periclis
Vrbs erat, & vacuum flebant Capitolia campum.
Cernens dum varios ſub pectore voluere caſus,
Inſignes Fabiæ gentis proceres Bellona
Hos inquit fortuna dedit vincantur vt hoſtes
Ac rurſus latij reuireſcat gloria campi.
Vos mittam pugnate animo, pugnate machæris.
Vos patriæ terror vocat ad certamina, mortem
Ne timeatis ait, naſcetur gloria veſtro
Interitu maior, dulci hac cur viuimus aura
Forſan vt infami claudamus funere vitam?
Viuere poſſe, mori poſſe hæc ſimul ambo triumphant,
Ambo perpetuæ cinguntur laude coronæ.
Eſt aliquid mortale homini, quod ſæpe perenne

Fece-

Fecerunt latiæ conſtanti pectore gentes
Quot veſtris Reges Clauduntur manibus, amplas
Qui virtute ſua terras, Dominioſq; potentes
Vicerunt, longo cupientes nomen in æuo?
Ite, hoſtes refugos, gentes, populoſq; necate,
Nulla ſit impunis regio, prius omnia veſtris
Legibus illicito ſpreuit quæ fœdera plauſu,
Cuncta ſed emmerito pereant vel marte, vel igne
Sunt mihi bis ſeptem clypei, quibus Hector, & Hercles
Sunt vſi, æratas quando gens barbara claſſes
Expugnare ſuis cuneis, teliſq; parabat.
Hos dabo ſydereæ ſic mandat Conditor aulæ
Intrepidos monſtrate animos, procul eſte timores.
Hæc memorans gladios aptant, criſtaſq; machæris
Imponunt alacres, luſtrat pars læta, feretrum
Spicula pars laxis emittit tela paliſtis.
Exercentur equi demum Capitolia læto
Accedunt vultu, ac populum ſpe a morte reducunt.
Interea rutilis ardebant vndiq; flammis
Vrbes, regna, domus romanæ gloria gentis
Paulatim priſcæ amittebat robora famæ.
Ni miſerata ſoli latij Bellona fuiſſet,
Hoſtis & occultos digito monſtraſſet biatus.
Eſt flumen victrix Cremeram quod Tuſcia dicit
Ad quod ſæpe ſuos mittebant tartara luctus
Atq; famem, morbos, mortem, triſtemq; ſenectam
Vt ſua ab infernis purgarent membra colubris,
Ac ſpurcis puras miſcerent crinibus vndas.

Morbus in humanæ penetrabat viſcera gentis,
Inde hominum vario ſubuertens vulnere vitas
Multa per infernum voluebat corpora regnum.
Mortis erat, quot quot vicinos viderat vndis,
Omnibus immiti finem properare ſagitta.
Quocirco claris Fabios florere duellis
Inuida conſpiciens, proprio quia vincere telo hos
Sola nequibat, opem ſpreto depoſcit ab hoſte.
Hos ait inuitos proprijs cum viribus hoſtes
Vincere non poſſim, forſan quia terra recuſat,
Vel quia de ſupero proles eſt horta parente
Victa tamen noſtro cedet proſtrata furore,
Ac ſua caſtrenſi deperdet nomina pugna.
Hic dictis aditus claudit, ſecreta viarum
Obducit nebula, refugos ne vertere greſſus
Turba queat, stricto iam iam peritura mucrone
Macti animo Iuuenes, ſic ergo florida vitæ
Tempora perduntur? ſparſo de ſanguine forſan
Fama venit? veſtræ non hæc ſunt præmia famæ.
Robora plus fabiæ, gentes, plus caſtra mouebant
Exitia, aethereæ, quæ non mouere phalanges
Poſt Iouis interitum, poſt longaq; ſecla virorum
Non ita Pompei, patriam qui robore Romam
Defendit, flagrabat amor, belliq; cupido.
Magnus Alexander longo celebratus in æuo.
Qui propria virtute getas diuicit, & indos
Cedere tam doctis potuiſſet Martis alumnis.
Non illa aeratas timuit genteſue, duceſue,

Non Regum copias ſæui non Hectoris ictus.
Ardebat regni ſtimulis currebat in hoſtes
Inuidus vt cupido laniat lupus ore capellas,
Intrepido ſemper capiebat pectore ferrum
Nullaq; præſentis monſtrabat ſigna timoris.
Captabat gladijs animum, requiemq; micando,
Et veluti Martis ſoboles viuebat in armis.
Nunc quid Roma tuæ dicet ſi triſtia vitæ
Funera conſpiciet? quo vultu mortua aheno
Claudet membra cado? quid ago? non claudet, in hoſte
Namq; iacent ſpreta, ac varias diſperſa per oras.
Floribus hornabit tumulum, bibulaſq; fauillas
Aſperget vino dicetq; nouiſſima verba.
Adiunget tumulo caſtrenſis ſymbola pugnæ
Pro patria ſparſum toties, totieſq; cruorem.
Imperium pariter veſtrum, quo ſcilicet ipſam
Seruaſtis, medio iunget mæſtiſſima campo.
Hic Fabij imperium veſtrum perit, hic diadema
Deſinit eſſe, ruunt crudeli vulnere veſtra
In nece Romani, Martis non claſſica pulſant
Tympana, nec varijs reſonat clamoribus aer.
Vnus adhuc veſtra ſupereſt de gente, virere
Qui rurſus faciet fatum, Fabioſq; dicabit
Si non imperio ſaltem virtutibus aſtris.
Naſcentur variæ cognato e ſanguine gentes
Quæ magnas parient clades, præclara ſuiſq;
Dotibus hornabunt caſtella vrbeſq; domoſq;
Gabriel vnus erit, merito virtutis honore

Qui

Qui veſtram accreſcet famam; nómenq; perenne
Reddet, ſacrarum iuſto moderamine legum.
Fælix illa dies tanti quæ conſcia partus,
Lætitiam volucrum cantu, ſoliſq; nitore
Oſtendet, varijs demonſtrans gaudia ſignis.
Proſpera quæq; tibi Doctor ſint optime, teq;
Incolumem longis ſeruent cæleſtia in annis.
Conſilio, laude ingenio, virtutibus amplos
Qui Parmæ muros colis ac felicia longo
Tempora demonſtras vultu te gloria quærit,
Optat ſeq; tuæ ſociam prudentia laudis.

Explanatio in antiquiſſimis Nobiliſſimiſq; Fabiorum inſignibus. Caput 3.

Quid rubro in campo faciat genus acre leonum
Quæris, & audaci quidue labore ferat?
Septem magnanimo ſuſtentant robore colles,
Demonſtrantq; ſuis magna talenta animis.
Colles, qui portant, fabij ſunt, marte potentes
Qui toties latium ſuſtinuere ſolum.
Sunt colles Roma in cuius virtute, reuixit,
Imperium, pietas religioque Deum.
Proq; ipſa ſparſum toties, totieſq; cruorem,
Aebria ſanguineo terra colore notat.
Hanc patriæ iuſto Fabius ſtimulatus amore,
Suſtinuit proprio Maximus ingenio.

No-

Nobili ac Clariſſimo Viro Vincentio de Fabijs I. V. D. Vincentius a vincendo & conſtringendo. Caput 4.

Noſtra tuos pariter mores laudare camæna
Poſcit, & aonio pandere facta ſtilo.
Pieridum te docta cohors, te flauus Apollo
Optat caſtalios inter & eſſe ſinus.
Tanta etenim docto prodibat gratia ab ore,
Monſtrabatq; tuum gaudia tanta decus
Vt te Nympharum fontes, imo ipſa Diana
Sæpe ſit elloquium ſolicitata tuum.
Iudicium probitas, ſtudium, ſapientia, virtus
Magnum dixerunt, teq; tulere virum.
Hic ſitus eſt Parmæ Doctor vincentius, hic eſt
Qui totam impleuit fructibus italiam.
Degener eſſe ſui nolebat noninis eſſe,
Heroo retinens magna talenta ſinu.
vicisti compta duriſſima iura loquela,
Dans reſponſa tuo mellea conſilio.
Viciſti innocuus iactantis iurgia plebis,
Eſſe putans dulces ſeria mera iocos.
Viciſti varios meritæ virtutis honores,
Quos tibi pro merito munere Parma dedit.
viciſti iuſto violataq; fœdera iure,
Auxilium cupidus ferre cuiq; tuum.

Vrget

Vrget me mundo reliquos edicere mores
Clara tui pietas, religioq; Dei.
Traxiſſes geticis ſtolidiſſima marmora ab oris
Vſus conſilijs, alloquijſq; tuis.
Traxiſſes fluuios dulci ſermone fugaces,
Eſſet, & audita, voce ſecuta fera.
Surda ſed hos omnes neglexit Parca fauores,
Sola comes tanti noluit eſſe boni.
Proſpera enim cæco reſcindens tempora telo
Inuida te ignotam iuſſit inire viam.
Non tamen infauſtam, pereas licet optime Doctor
Corpore, non tamen hic mente animoq; peris.

Admodum Reuerendus P. Ioannes de Fabijs S. Ieſu in florido Sapientiæ tumulo collocatus. Caput 5.

Huius in interitu Phæbi fleuere ſorores,
Ingemuitq; ipſam caſta Diana luem.
Pegaſus ad ſuperos qui venerat vſq; cometas,
Signa debit tanti prodigioſa viri.
Cynthia nocturno ſubduxit lumina vultu,
Deſtitit a curſu danubiuſq; ſuo.
O mors; o diræ communia vulnera Parcæ,
O nimis humano duria fata iugo.
Doctus erat facundus erat, ſapientius iſto
Nil videre Poli, nil quoq; terra viro.

Cede-

Cedere Virgilius potuiſſet, cedere Naſo,
Imo ſuam victus linquere Apollo lyram.
Nil erat ingenti quod non induſtria fructu
Eſſet, & ingenio ſemper adepta ſuo.
Teſtentur venetis dederit quot gaudia regnis
Qui nouere ſuam, quiq; tulere fidem.

Theodora Flauia, Doralicia Hortenſia Virgines de Fabijs Deo dicatæ e tumba mortales alloquuntur. Theodora Virgo prima. Caput 6.

Virgo fui nullo vitæ violata pudore,
Grata mihi ſemper fama, ruborq; fuit.
Docta fui varias Mineruæ noctibus artes
Texere, parmenſi nata puella ſolo.
Nondum bis ſenos aetas mea viderat annos,
Virginei ariſit dum mihi fama chori.
Quem feſtiua ſequens fleuit Cytherea, meamq;
Aſſumptam cæpit ſolicitare fugam.
Hæc ait inſignem meretur forma maritum,
Ferrea ne precibus Virgo ſis ergo meis.
Quod ſi delectant caſti te ſigna pudoris,
Vndiq; Virgo tamen eſſe pudica potes.
Nil tamen effecit laſciua Venus nihil ignes;
Non fregere meum verba benigna animum.
Prima verecundi ſectans ſed vota pudoris,
Perpetuum peperi laudis amore decus.

Secunda Virgo Flauia de Fabijs. Caput 7.

HVius ab audita pariter ſum voce ſecuta,
Direxiq; meos in loca ſacra pedes;
Fortunam varijs plenam quia ſæpe periclis
Vidi ſollicito cunctaq; plena metu.
Deſerui mundum, ac mundi ludibria, nunquam
Illius in dubias rurſus itura vias.
Vota pudicitiæ feci, veneremq; fugaui,
Inflammata tuo Chriſte benigne foco.
Flebant ſanguineæ properata in morte ſorores,
Riſi dum perij læta ſed ipſa mihi.

Tertia Virgo Doralicia de Fabijs. Caput 8.

TErtia non ceſſit primis ſoror optima, veſtrum
Ipſa etiam ſequar hunc dixit anhela chorum.
Et mihi virginitas placet, & placet optima fama,
Diſpereat vetiti praua libido viri.
Virgo Deo ſemper conſtans ſacrata manebo,
Aufugiamq; minas perfide munde tuas.
Dixit, & illecebras pariter contemſit, & vnquam
Eſt ſectari aliam viſa puella viam.
Dormio nunc felix; o felix illa perennes
Quæ tulit in puncto gaudia tanta dies.

Quar-

Quarta Virgo Hortenſia de Fabijs. Caput 9.

Sola ego non manſi reliquas ſed ſponte ſorores
Sum pariter celeri læta ſecuta gradu.
Sæpe pater dixit maneas dulciſſima proles,
Non omnes caſtæ virginitatis erunt.
Nata redi genitrix dixit quoq; mæſta, voluptas
En quæ a diuitijs prodit abunda meis?
Nata redi dabimus quid quid dare poſſumus, beuie
Sis dura interitus tu mihi cauſa mei.
Nata redi nimio morior triſtiſſima planctu,
Auxilium vultus ni ferat iſte tuus.
Nata redi caſtæ nitidiſſima lumina frontis,
Longe alius pridem ſolicitauit amor.
Ipſa prius perdam noſtræ quam fila ſenectæ
Complectar prolem, conſpiciaq; tuam.
Nata redi lacrimans genitor tibi brachia pandit,
Optat languenti teq; fouere ſinu.
Talia ſæpe mei iactabant verba parentes,
Sæpe ſed hæc votis ſpreta fuere meis.
Tandem vota Deo feci, mentemq; dicaui,
Acceptura nouum virginitate patrem.

Ad-

Admodum Reuerendus P. Celſus de Fabijs Ordinis S. Benedicti, ad ampla Deæ ſapientiæ Theatra in ſomnis raptus Deo Patri ſeruire ac placere ab ea diſcit, poſtremo mortuus vitæ ſuæ curſum mortalibus narat.

Caput 10.

Cynthia noctturnis terras contexerat alis,
Clauſerat & merces hoſpita terra ſuas.
Phœbus in aurato requiem captabat Olympho,
Clara erat immiſſo plena ſopore dies.
Languida dum ſolito pariter dans brachia lecto
Sperans me miti poſſe quiete frui.
Mens mea ſtellatos cæpit diſcurrere partus,
Mirari celeres, & ſimul axe motus.
Hinc cur terra ſitu ſemper ſeruetur eodem,
Cur moueantur aquæ, cur glomerentur auæ.
Poſtea terra lupos pariat, cur ampla rapaces,
Ipſaq; ſquamigeris plena ſit vnda feris.
Aligerum ſedes ſupremi Numinis aula
Cæperunt animum ſolicitare meum.
Voluebam celſas varia ſub imagine rupes,
Et ſub terraneas ſedulus vſq; plagas.
Quæ natura ſuo tulerat gratiſſima partu,
Sunt illa ingenio cognita cuncta meo.
Non tamen hoc ſatis eſt, cupiebam noſcere, nunquam
Noſcere præclari quæ potuere ſophi.

Cur

Cur Deus in ſuperis quærebam ſcilicet aſtris
Viueret, & noſtras ſperneret ille plagas.
Atq; vbi tam præclari prima ab origine mundi
Manſiſſent tanti Numina ſacra Dei.
Cuncta ſciebam ipſum puncto feciſſe, diemq;
Et noctem prima digladiaſſe vice.
Sed tamen hærebam dubius qua in parte locorum,
Eſſet ab illuſtri victa relicta die.
Poſtea quo venti gelidos certamine nimbos
Viciſſent, natiles, & maris vnda rates.
Vota ſed hæc rebus ceſſiſſent irrita noſtris
Ni Dea tam dubium magna leuaſſet onnus.
Vidit enim quales cuperem ſapientia cauſas
Noſcere, & hinc animum cępit amare meum.
Alta nimis dixit Iuuenis petit iſte, petitis
Diua ego ſed rebus non ero ſurda ſuis.
Arcani quid quid cæleſtis curia claudit,
Id pandam doctis ingenioſa modis.
Si quid erit terris nondum quod nouerit, illud
Lucenti faciam clarius eſſe die.
Hæc effata altas ducens me Diua per auras,
Oſtendit patriæ ſplendida tecta domus.
Aurea gemmatis radiabant tecta pyropis.
Formabatq; duos forma coruſca polos.
Aemula diuitijs certabant ſidera tantis,
Maior at Empyreis eſt Dea viſa choris.
Hic dubios mentis cæpit diſſoluere caſus
Prompta meos, nitido læta ſedens ſolio.

Nunc pete quod dubis quærebas ſæpe querelis ;
Nunc ſecreta tuæ pandito mentis ait.
Poſtea ſacratum hoc venerabere poplite Numen
Auſpicium rebus nam dabit inde tuis.
Sic fecere omnes noſtri qui tecta theatri
Acceſſere, meas quærere delicias.
Pandito ne dubijs durus ſis paruule rebus
Si quid habere cupis poſce, & habebis ait.
Ingenti ſector, laudem qui quærit amore,
viſaq; ſum medicas applicuiſſe manus.
Non omnes noſtris gaudere fauoribus artes
Poſſunt, nec gazas vndiq; pando meas.
Me varij quærunt, magniſq; laboribus optant,
Sæpe tamen noſtros ſurda recludo ſinus.
At tua cum doctos monſtret reuerentia mores,
Expediam alloquio quod petis ipſe meo.
Hæc fata albenti cinxit mea tempora panno
Rorauitq; meum nocte ſilente caput.
Inde ſoporato mea cingens tempora ſomno,
Ardua ne dubium pœna grauaret opus.
Occultas cerebri partes, vbi regia mentis
Stat domus, & quo alta lumina frontis eunt.
Eleuat, & dulci diuorum nectare purgat,
Ac demum inſolita cuncta quiete locat.
Interea e timido rerum dubia omnia corde
Demerat ammota ſubdola ſede Dea.
Amplius vlla hominum cogitatio, nulla ſophorum
Regnabat noſtris gloria pictoribus.

Hæ-

Hærebat cæcas inter mens ipſa tenebras,
Neſcia quas dotes hora benigna daret.
Clara per occiduum diuorum mentio regnum
Merſa erat, ex oculis nocte repulſa meis.
Conceptas rerum ſeries exordia mundi,
Omnia in ignaro demerat hæc cerebro.
Dum miratus opes, magno quas cardine, & altis
Claudebat cæli regia celſa choris.
Priſca iterum rediere loco ſecreta, meumq;
Ceperunt iterum ſolicitare animum.
Hinc mutata meæ pariter ſententia mentis
Cepiq; ingenio nobiliore frui.
Nulla mihi in patrias redeundi manſerat oras,
Vel linquendi altos anxia cura polos,
Hic terræ nullo ſtimulabar amore, nec ipſas
Exoptare tuas munde videbar opes.
Tranquilla ſuperum gaudebam ſorte, beatos,
Ac mites pariens hora benigna dies.
At quia mortales vitali ſanguine viuunt,
Paſcitur indigenis, & caro noſtra cibis.
Quæſitas cæpit ſapientia pandere cauſas,
Effariq; ſuo talia verba ſono.
Non hic mortali viuis dum corpore, in aſtris
Perpetuo mecum Celſe frueris ait.
Spiritus aerij noſtris deguntur in oris,
Non viuunt grata hac corpora temperie.
Quiſq; ſuis gaudet regnis mortalia terram
Cæperunt, ſummum clauſit, & aura Deum.

Hinc volucres plantas celeri cępere volatu,
Incluſit natiles, & maris vnda feras
Quiſq; ſua lætus viuebat ſorte quietem hanc
Ipſe ſed irata voce diremit homo.
Nolebat dulcis cœlis vt viueret ales,
Hæc ait eſt vitæ ſacta miniſtra meæ.
Patria erit cœlum mihi, doctæ terra volucri,
Cedat vt impoſito ſubdita ait Domino.
At quia corpus erat diuerſa mole grauatum,
Optatum tenuis aura negauit iter.
Vidit enim æratis hominem pugnare macheris,
Horrida & innumeros bella creare metus.
Vidit pugnaces ſtrictis mucronibus hoſtes,
Et iam, iam inſenſas in caput ire manus.
Quocirco ſuperis pariter ne talia regnis
Cerneret, optatam prompta negauit opem.
Nolo ait, vt magnæ qui torquet viſcera matris
Deſtruat imperium lucide phœbe tuum.
Nolo vt pacatæ turbetur regia lucis,
Huius ab inſueta caſta Diana via.
Subuertet noſtras veniet ſi viribus arces,
Terrebitq; ſuo cuncta ſupercilio.
Cœli ſe dominum faciet, reuerentia martis
Amittet titulos, lunaq; , ſolq; ſuos.
Pellet ab antiquis magno nos ſulmine regnis
Applicet optatas ni deus ipſe manus.
Interea fictis properabat Dedalus alis,
Primus ſidereas auſus adire plagas.

Quem

Quem Phœbus nitido miratus lumine vultus,
Iratus liquidis mergere fecit aquis.
Non hæc terrâ hominum dixit ſunt regna Deorum
Inclita ſed ſemper fata, decuſq; vigent.
Contentus patrijs nolebas viuere terris
Nunc inter medios emoriare lacus.
Spreuiſti terram cælo nunc vindice, triſti
Interitu mitis lympha nec aether erit.
Atq; Iouis fortes clara de gente gigantes,
Cæperunt varijs bella parare dolis.
Per magnæ matris iurabant viſcera, diuos
Occiſo e ſuperis pellere velle Ioue.
Queis Deus opponens inuictæ fulmina dextræ
Tartareis omnes mergere fecit aquis.
Spernere ait diuos crudeli morte potentes
Diſcite, & aerios ſolicitare ſinus.
Diſcite crudeli cæleſtia ſpernere bello, ac
Inflammare meos impietate Deos.
Quid ſi amor pacis, quæ ſit Vindicta Tonantis
Diſcite in inferno nocte premente foro.
Hæc vbi dicta dedit, defuncto corpore ſpondet
Poſſe frui tantis me quoq; delicijs.
Solus homo noſtri gaudebit lumine regni,
Solus erit tantas qui numerabit opes.
Solus ait nitidis nutu dominabitur aſtris,
Deſceret humanas ſolus, & ipſe plagas.
Ad ſuperos armenta boum reptilia terræ
Tendere corporeum non patietur onus.

Spiritus intus alit creſcentes ſanguine venas
Quo dempto ingenti vita dolore perit.
Nobiliore homines animo natura creauit,
Pluria diuinus datq; talenta Deus.
At qui ſacra Dei cognoſcere Numina poſcis,
Magnaq; conſtanti dicere mente paras.
Dum ſecreta petis, noſtroque in limine pendes,
Dic vbi principium ſumſerit aura ſuum.
An ſorte, an fato tam pulchri machina mundi
Ceperit, Empyreus & ſimul eſſe locus.
Poſtea non deero votis dubia omnia pandam,
Participem noſtris te faciamq; bonis.
Talia commemorans verbis commotus amicis
Hæc cæpi prompto verba referre ſono.
Magna hominum Dea, fallaces ſi deſero ſectas
Principium a ſuperis machina ſumpſit agris.
Intra Poli ſedes diuina potentia Numen
Clauſerat, in ſupero ſola ſedens ſolio.
Nulla cruentatis iactabat tela paliſtis,
Nulla per infernas turba ruebat aquas.
Non mel Ariſtæus non Bacchus vina falerna,
Non monſtrabat opes terra ſuperba ſuas.
Non ſegetes campis creſcebant gramina pratis,
Muſa nec aonijs labra rigabat aquis
Mundus & equor erant cauſis incluſa, nec Orci
Iura dabas timido Dux Radamante foro.
Materiam quando, & formam, fundamina vitæ
Cepit ab occulta educere parte caos.

Inde

Inde hominem formare, ipſa virtute magiſtra
Adiungens ſacras cum pietate manus.
Noſtra ait hæc tandem noteſcent Numina, ſoli
Non erit æterno gloria noſtra patri.
Proderit eſſe Deus mihi quid ſi ſolus ab errans
Occultat vultus nox tenebroſa meos.
Hanc pellam, hanc cæcis cogam regnare cauernis
Vt videat noſtros terra futura ſinus.
Adducam varios dulci ſpiramine ventos
Ornabitq; meos aura benigna polos.
Hæc homini vitam ſtolidis dabit atq; petulcis
Hæc erit Empyrei prompta miniſtra mei.
Sic fatus noſtras auram mandauit in oras
Ac ſuperos coleret iuſſit vt illa ſinus.
Illa ſuo feſtiua gradu ad cæleſtia tendens
Linquere terreſtres prompta parabat opes.
Quam Deus excelſis reuocans e nubibus, ipſa
Rurſus contemptæ duxit ad antra caſæ.
Nolo ait vt ſuperis tua tantum lumina roſtris
Porgas, ſed grato cuncta nitore bees.
I nunc florentis ſpatioſa per atria terræ,
Omnibus officium prompta ſequare locis.
Arboribus vitam pratis dabis ipſa virorem.
Fac creſcant teneris lilia mixta roſis.
Nimborum in patriam magnis vbi terra pruinis
Albeſcit celeres ipſa referto pedes.
A Duce ventorum ſub quo quoq; iura tenebis
Te dulci facies noſcere temperie.

Iungere ſi ventis cupiet te tecta recedas
Multa poteſt gelidis nam locus ille Notis.
Si venient venti, magno velut agmine facto
Verſuri in ſano cuncta furore, fuge.
Affricus immenſum cruciet ſi turbine pontum,
Tu fugitiua aliam quærere, perge viam.
Non eadem natura tibi eſt nec robora, poſſis
Vincere vt intentis ipſa elementa dolis.
His dictis erraſſe ſophos, vetereſq; poetas
Tali viſa Dea eſt inſinuaſſe ſono.
O hominum peruerſa fides, o duria corda
Quæ non fallaci fingitis ingenio?
Non hic Celſe Caos mundus prorupit ab antro,
Clauſa nec huic forma, materieſq; fuit.
Non prius eſſe homines ipſis cæpere elementis,
Aura ſed eſt ipſo prima creata homine.
Entibus illa animam rerum præſtare futuris
Iuſſa erat, afflatus facta miniſtra ſui.
Nolebat poſt magna Deus miracula rerum,
Tempore nobilior ſeruus vt eſſet hero.
Terræ ait ingentis liberas tibi præbeo habenas,
Seruiet arbitrio pontus, & vnda tuo.
Nil erit obſequium quod non præſtabit, & ipſum
Extollet nomen laude, & honore tuum.
Vrſa, leoq; ſuas teneris ſub frondibus eſtas
Accipient nullos te dubitante metus.
Quidquid erit magno cæli ſub cardine, promptum
Illud ab audita voce ſequetur ait.

Fru-

Fructiferos natura ſinus, viridaria campi
Producent teneras flora iocoſa roſas.
Pomaq; fructiferæ parient dulciſſima plantæ,
Omnia pro guſtu facta, & honore tuo.
Talis erat rerum ſeries, mundiq; voluptas,
Cæpit in hoc pulchro quando vigere ſolo.
Nunc Deus is quis ſit, fecit qui talia dicam
Atq; ubi formatos miſerit ante polos.
Ens eſt immenſum cuius cæleſtia nutu
Obſequium promptis dantq; ſeruntq; animis.
Principio caruit, nullis includitur annis.
Illius imperium gloria, fama Decus.
Antequam in aerio ſua Numina proderet axe,
Ortu gauderet terra vel ampla ſuo.
Contentus ſe ipſo nullis viuebat aſillis,
Nulla erat humanæ cura laborue plagæ.
Nunc cælis vultu gaudet, fruiturq; ſereno
Angelicos inter, virgineoſq; choros.
Nunc e ſiderea mortales reſpicit arce
Immenſa admirans mente quod egit opus.
Occulti nihil eſt quod non cognoſcat, & illud,
Si impium in infernis tempore mergat aquis.
Militat omne hominum genus huic ſed diſpare ſorte
Præmia ſert vnus, damna ſecundus habet.
Iuſtus enim Deus eſt, non omnibus aſtra, ſed ignes
Condens tartareis miſcuit excubijs.
Hæc memorans vario voluebat pectore Celſus
Qua tanto poſſet mente placere Deo.

Hinc

Hinc ait ad patrias iterum me ducito ſedes,
Non ego ſæua mei cauſa ero ſupplicij.
Hunc quæram quacunq; orbis ſit parte, locoue,
Huius & audaci robore caſtra ſequar.
Illa repentino delapſa per aera ſaltu,
Detulit in patriam rurſus anhela domum.

Admodum Reuerendo in Chriſto Patri Angelico de Fabijs Ordi. S. Benedicti in ſomnis S. Benedictus apparet. Caput 11.

SEmper ſacra loqui teneris ſum doctus ab annis.
Ac ſeruare meos Virginitate dies.
Infamis nunquam pectus laſciuia noſtrum,
Ingreſſa eſt, animam vel Cytherea meam
Garrrula fallacis fugiens conſorcia linguæ
Monſtrabam noſtro magna latere ſinu.
Mendaci pariter nunquam ſum voce locutus
Omnia ſinceræ gaudia mentis erant.
Qui mea cognouit conſtantia pectora, & annos
Non ſine cauſa inquit diceris Angelicus.
Nec mens feſellit credentes prodita namq;
Eſt animi virtus ingenuumq; meum.
Paruus eram caſto dum me complexus amore
Aliger eſt, tales dans ſimul ore ſonos.
Quem generoſe puer cernis vexilla tenentem
Ille tibi rebus ancora erit dubijs.

Hunc

Hunc ſequere, en quantis lætus te amplexibus optat
Te cupit in vacuo paruule habere ſinu.
His ego commotus verbis placidiſſime dixi
Præſtabo obſequium ſemper ephebe meum.
Non renuam ſi quid Benedictus iuſſerit, illum
Aſſequar, & caſto ſemper amore colam.

Nobili Viro Gabrieli de Fabijs I. V. D. Gabriel habraice interpratatur fortitudo Dei. Caput 12.

FOrtem ſe quatuor diuina potentia rebus
Demonſtrat, ſine queis non erit ille Deus.
Omnes aequali vitæ ratione gubernat,
Mutari nulla fraude, vel arte poteſt.
Tertio ab offenſis vindictam ſummit iniquis,
Quarto nullo vnquam vincitur exitio.
Tu tamen has omnes ſuperas laudes, tituloſq;
Diſſimili quamuis maxime doctor ope
Aduerſis fortem monſtras te caſibus, atq;
Præclarum ingenio colloquioq; tuo.
Te multæ comitantur opes, comitatur, & aurum,
Nulla ſed illorum cura, laborue tibi eſt.
Omnia contemnis, contemnens omnia ſpernis,
Siuceram monſtrans mentem, animumq; tuum
Noctes, atq; dies ſtudijs conſummis, & annos,
Muſarum magnum dulcis Apollo decus.

Ius dare cuiq; ſuum quia mandat degener artis,
Et ſimul ingenij non cupis eſſe tui.
Multorum optatum ſed diceris eſſe leuamen,
Fallaces fugiens innocuoſq; iuuans
Ambiguos fortuna reos tibi Maxime Doctor
Subiecit, vitæ conſcia facta tuæ.
Vidit enim quanto mens incorrupta labore
Iura dares dubio non metuenda foro.
Vidit quam patiens eſſes, quam iuſtus, & aptus,
Quam conſtans, clarus, conſilioq; potens.

Olim Fabij ab auibus rei gerendæ Augurium, nunc Poeta a tenera Nobilis adoleſcentis Quinti Rugeri de Fabijs ætate capit. Caput 13.

Augurium e nigris vos quærere pergite coruis,
Pergite fallaces flectere thure Deos.
Splendida Phœbeæ promittere dona Sybillæ,
Plenaq; odoratis ignibus ara gemat.
Tempora noſtra alios ſeruant felicia ritus,
Spernitur euboicis veſtra Sybilla libris.
Paruus adhuc puer hic teneris dum floret in annis,
Plura poteſt animo pandere ſigna ſuo.
Noſcere narrando faciunt nos magna Sybillæ,
Noſcere plura tamen dum tacet, iſte facit.

Dum

Dum loquitur tenero prodit reuerentia ab ore,
Atq; fore egregium prodit imago virum.
Dum ſilet oſtentat taciturni ſigna pudoris,
Dum loquitur pulchro prodit ab ore decus.
Paruule viue diu, ſemper te namq; beabunt,
Quæ monſtrans animo, gloria, forma, pudor.
Atq; tua genitor gaudebit ſorte, videbit
Munere ſi ingenij, teq; quiete frui.
Munera non dabimus diuæ, vel thura fauillis,
Prompta tui ignotum pandat vt augurium.
Inceſſus velox, grauitas, præſtantia mentis
Augurium dubijs dantq;, feruntq; meis.
Frontis, & iſta tuæ cari genitoris imago eſt,
Aequali pariter creſcere perge modo.
Is ſtudijs floret, ſtudijs florebis eiſdem,
Dummodo ne tibi ſors tempora longa demat.
Te varijs natura bonis dotauit, & aptum
Te fecit Fabiæ ſpemq; decuſq; domus.
In te priſcorum ſpes eſt, & lucida auorum
Gloria, diuerſis ne quoq; cede malis.

Ad-

Admodum Reuerendo, ac per Illuſtri Domino Domino Mario de Fabijs Canonico Eccleſiæ S. Ioannis Lateranenſis Romæ, & Abbati in Gallij. Caput 14.

EST mare profundum, ſalſum, quoq; labilis vnda
Tu ſuperas titulis æquor, & aſtra tuis.
Si mare profundum, profundior ipſe videris
Ingenio penetras qui tenebroſa tuo.
Si ſalſum dulci condens alimenta, ſapore,
Dulcior hyblea es maxime Præſul ape.
Labilis eſt vnda ingentes ad littora puppes
Nam vehit, ambiguis eſtq; miniſtra vijs.
Tu pietate tua ad varios virtutis honores
Tranſuehis, Italici gloria magna ſoli.
Hos omnes ſuperas, liquidos vinciſq; liquores.
Nobilio ra tuo dona ferens animo.

Ad eundem.

VLtimus hic locus eſt, tibi quẽ mea Muſa reliquit
Finiat vt ceptum maxime Præſul opus.
Vltima non quia ſis Fabiæ tu gloria gentis,
Dignum vel tali te putet eſſe loco.
Finio ſed doctis, quia dum mea carmina rebus
Aequali gaudet, noſtra Thalia gradu.

Inuidia orbis terrarum Sepulchra peragrans in illis Fabiorum laudes includere conatur.

Caput 15.

Immunem noſtræ nullum fecere ſagittæ
Omnibus iraſcor ſumq; inimica locis.
Me inuidiam varijs dixerunt ſæpe ſophiſtæ
Impleo diuerſis namq; aliena malis.
Nil ſino felicis licet omnia gaudia vitæ
Tempore diſſidijs cuncta reuello meis.
Ignea ſunt frontis mihi lumina ſuntq; ſagittæ
Gens queis diſcordi fitq; caditq; animo
Imperium Regum, diuerſaq; gloria, noſtro
Perditur exitio, meq; furente cadit.
Vndiq; cognoſcor, magnis quia damna ruinis
Et pario & volucres fraude veneno dies.
Inuideo humano generi ac ſocialia frango
Fœdera, diuerſi fons, & origo mali.
Magna ruit noſtro mundi minitante furore.
Pars, fitq; innumeris magna ruina viris.
Sum ſermone loquax, geſtu promptiſſima, facto
Non noſcor variam voluere perniciem.
Id quod ago, paucis noteſcit, donec amaros
Oſtentet noſtra hæc, triſtis imago metus.
Vndiq; diſpergor, varijs regionibus ornor,
Officij nunquam nauſea facta mei.

Artes

Artes me tempus docuit, quibus omnia poſſim
Noſcere, vt afflictis ſim medicina viris.
Doctior aſtrologis, medicis, præſtantior ipſis
A Ioue ſum ſuperis ipſa creata locis.
Mens mihi nulla boni eſt, pario diſcrimina regnis,
Magnaq; ſanguineis porto venena oculis.
Indoctos doctis coniungo, ſegrego nullos,
Omnibus inuideo, ſumq; inimica viris.
Fallaci plures pario ſermone tumultus,
Pluriaq; alloquio procreo damna meo.
Quamſi inflammato miſcerem fulmine terras,
Vel me ferratis panderem anhela dolis.
Vtor ſæpe tamen Martis quoq; fraude, furore
Vincere ſi nequeo quod peto mæſta meo.
Magna caput claudunt noſtrum medicamina, queis me
Incolumem a morbis, perpetuamq; gero.
Illa mihi varias pariunt, monſtrantq; ruinas,
Magna quibus regum ſæpe theatra ruunt.
Illa mhi optatum refugo dant tempore aſillum,
Suſtineam vires vt moritura meas.
Semper mortales tenebroſis claudo ſepulchris,
Nilq; ſino imperio perpetuare meo.
Etſi forte aliqui pereunti corpore laudes
Liquerunt regnis me dubitante meis.
Id fecere animus fuerat quia forte perennis,
Vel quia ſors oculos ſepſerat atra meos.
Mitis ego nullis ſum cognita, ſurda ſed aures
Claudo meas vario ſemper in interitu,

Eſt

Eſt mihi fida comes, mortem quam fata vocarunt,
Expedit imperio quod nequeo ipſa meo.
Me longis comitatur ouans ambagibus, eſſe
Seq; cupit ſociam, fraude, doliſq; meam.
Principium facio, furiens, finit, per Auerni
Aduoluens nigros corpora magna lacus.
Hæc oculis, manibuſq; caret, tamen omnia cernit,
Et capit, ignota ponderat arma manu.
Quos nequit irato per tartara vertere telo,
Hos linquit noſtro mæſta ſub imperio.
Inde ego diuerſis inflammans pectora rixis,
Extremam tacita procreo fraude diem.
Inſignes tantum gentes ſequor, atq; dinaſtas,
Perpetuos cupiunt qui fore ſe Dominos.
Et Fabios vici furijs doctiſſima noſtris
Suſtentante meum Morte benigna decus.
Horum nunc laudem claudam quia perſequar omnes
Oſſibus ingenuum conſociabo decus.
Saxoſis claudam virtutes rupibus, atra
Vos igitur fidem ferte ſepulchra mihi.
Corpora clauſiſtis, virtutes claudite, doctis
Namq; fui ſemper ipſa inimica viris.

Reſponſa Sepulcrorum. Caput Vltimum.

SAxa ſumus cæco claudentia gurgite noctem,
Lucida quæſitum denegat aura diem.
Noctes, atq; dies varijs ambagibus vmbras
Cingimus, innumeris plena cadaueribus.
Serpentes noſtro graſſantur corpore, terra
Stantes aſſiduis ſemper in excubijs.
Nil niſi mortale ad noſtras huc peruenit oras,
Noſtra venenatis claudimus antra feris.
Immortale nihil capimus, negat vmbra perennes,
Quos toties varia quærimus arte dies:
Virtutes hominum noſtris includere tumbis
Fata vetant, tantis inuida delicijs.

Finis libri Secundi.

LIBER TERTIVS IN QVO

Tum ſacrarum, tum etiam prophanarum rerum decus, atq; nitor apparet.

Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo Domino; Domino Ioanni Mozanega Archiepiſcopo Andrinopolis.

Dicatum.

Caput I.

Cynthia non ſemper tenebroſo ſidera vultu.
Claudit, vel ſolitis hæret in excubijs.
Nen ſemper ſimili voluũtur tempore ſtellæ,
Dedalus æqoureas vel manet inter aquas.
Succeſſiua placet rerum mutatio, latos
Ipſa quies animi conſiliumq; facit.
Sic tu dum terris gaudes parmenſibus, atq;
Inter tam illuſtres non ſine iure lares.
Mente potes tranquilla animum monſtrare, tuumq;
Claudis quem ingenio, ſolicitaſq; decus.
Iure potes pariter raros oſtendere mores,
Tam clarum voluens maxime Præſul opus.

Ingenio nam multa facis, virtute videris
Voluere, & auxilio pluria vota tuo.
Dum facis iſta igitur varios ac pandis honores
Sis libri cuſtos, ſiſq; medela mei.
Quod ſi tempus eum peregrinas portet in oras,
Dura vel euitent viuere fata diu,
Quod poteris praeſtare illi dabis optime Præſul,
Muſa tibi grates nam mea mille dabit.
Seq; tui ſemper memorem monſtrabit amoris
Erga tuum Vatem quem bone Paſtor habes.

Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Domino Philippo Archinto Epiſcopo Comenſi, patrinoq; Amantiſſimo.

Caput 2.

QVam bene conueniunt noſtris inſcripta libellis
Inclita tantorum nomina Muſa virum?
Quam bene iuncta manet venerandi Præſulis ætas
Muſarum caſtis dulcis Apollo choris.
Illa ſuo potius quam nos decorabit honore,
Ornabit verſus illa Thalia meos.
Eſt melius tacuiſſe ſuas quam pandere laudes,
Vatidicum melius continuiſſe ſonum.
Muſa igitur recludе precor, quas pandere iuſſit
Virtutis laudes, ingeniiq; Deus.

Tū-

Tumulus Domini Ioanni Bap. Schmidmatij, eiuſdem illus: ſcribæ Poetæq; parentis Amantiſſimi. Caput 3.

Vixi nate diu, mortalis rideo vita
Tempora, quæ rapuit Parca benigna mihi.
Amplius vlla mihi cogitatio, nulla voluptas
Manſit, de patria religioue domo.
Delicias pacatus ago quas ſidera porgunt
Inter felices, perpetuóſq; dies
Mens tranquilla Deum miratur, miror, & ortum
Quem capere innumeri vix potuere ſophi.

In Quirinum Schauer Ratiſponenſem. Caput 4.

Inuide quid de te noſtri ſcripſere labores,
Inſequeris cantus perfide curue meos.
Neſcis caſtalij proſint quid muneta prati?
Plura queunt dulci quam tua lingua lacu.

De Chriſti Natiuitate. Caput 5.

Venit excelſis ſoboles ab aſtris
Sacra, quam Virgo peperit Maria,
Iam cupit puro renouare vaſtum
Sanguine Mundum.

Angeli gaudent genitrice tanta,
Gaudet, & natus pariente matre,
Aſt nequit vires penetrare tanti,
Machina partus.

Splendidis Reges veniunt talentis,
Obſtupent matrem, puériq; patrem,
Quiſq; dat dona, auxiliumq; flexo.
Poplite poſcit.

Currit ad nati ſtabulum catherua,
Atq; Paſtores veniunt ad ædem
Quiſq; vult dono, pedibuſq; flexis.
Noſcere natum.

Bos Deum noſcit, Mariamq; matrem.
Noſcit & ſæuas aſinus procellas
Ergo conantur rigidum puello
Demere frigus.

Bos flat in caſtas, aſinuſq; plantas
Tentat vt diros animi dolores
Bos Deo demat, ſubitoſq; cordis.
Pellat humores.

Aemulus bos eſt, aſinuſq; flatu
Quiſq; contendit ſuperare nimbos,
Eſſe vult nato placidus puello.
Bos aſinuſq;.

Noluit ſecum populos potentes,
Noluit celſas habitare turres,
Sed fuit cœli, ſtabuliq; ſemper
Vulnera paſſus.

Poſſet

Poſſet is quamuis domitare nimbos,
Poſſet & ſæuos ſuperare ventos,
Reſtitit ſemper tamen, atq; crebros,
Pertulit imbres.
Ergo vos Reges, Domini potentes,
vos ſimul ferro rigidæ phalanges
Diſcite, & ſerui patienter omnes
Ferre labores.
Sic Deus, terræ, pelagiq; Rector
Egit, & naſci voluit labore,
Poßet vt ſæuo liberare totum, a
Dæmone mundum.

Inuitatur Chriſtus Natus in auream Domum Neronis cum Genitrice. Caput 6.

Non ſtabulum te Chriſte decet, nec ſordida tecta
Nobilior potius eſt tibi danda domus.
Aurea crudelis poſcunt te tecta Neronis,
Hæc ſunt Empyrei digna theatra Ducis.
Flebilis ergo meet grato cum pignore Mater,
Deſere nudato tecta ferina ſitu.
Hic ſplendent nitidis pompoſa palatia gemmis,
Adde tuum natum, lumina bina vides?

Virgo Maria cum Filiolo ad Mauſolea inuitatur. Caput 7.

IAm tibi gemmiferum procurro virgo cubile,
Iamq; tibi tutum quæro Maria locum.
Mauſolea theatra tuo dabo namq; puello,
Hæc poterunt crebras pellere tecta niues.
Mortalis quamuis & ſint penetralia Regis,
Perpetua hæc tactu reddere Chriſte potes.

S.Eliſa illatas iniurias patienti animo fert. Caput 8.

CÆnoſum carpebat iter, viſura penates
Eliſa, ex claro nata puella ſinu.
Obuia feſtino veniens cui fæmina greſſu
Hanc inter medium depulit illa vadum.
Ipſa ſed id ridens ſperno ludibria dixit,
Gaudeoq; in mundo quod iocus eſſe queam.
Eliſæ quamuis cænum fædauerit ora,
Eſſe genis cæpit aureum in ambroſijs.

Chriſtus Mortem triumphans. Caput 9.

OMnia Mortis erant deuicerat omnia Parca,
Quæ vel mũdus agit, quæ vel Olympus habet.
Vt natura ſuos nutribat dura clientes,
Talis erat victus, talis & ordo virum.
Semper enim ſuperi recluſa cubilia cæli
Stabant, & ciuis qui foret vllus erat.

Omnia

Omnia Plutonis capiebant tartara, totus
Orbis ad infernas inſcius ibat aquas.
Nulla Dei pietas, ſanctorum nulla vigebant
Numina, nulla fides nullaq; religio.
Ut noctis ſtygias claudunt in imagine formas
Sidera, quæſitumq; aduena perdit iter.
Talis in ignaro regnabat Cynthia mundo,
Aeternamq; dabat ſtyx ſugienda luem.
Peruigil immenſum peragrabat Parca per orbem,
Sternebatq; ſuis obuia quæq; minis.
At clauſo poſtquam Chriſtus prorupit ab antro,
Quo viuat certum vix habet illa locum.
Laudato mundus ſeruabat nomiue famam,
Immundus potius munde vocandus eras.

S. Franciſcus ſe Miſſæ Sacrificio indignum exiſtimat. Caput 10.

Terra virum iactat quem nobilis vmbria, certa
Vmbria Franciſcus gloria quanta tibi.
Ipſe licet mundum bacchantes ſpernat, & auſus,
Gratiaq; angelicos vincat adepta choros.
Se tamen aetherea ſimilem negat eſſe coborti,
Seq; ſacris dignum denegat eſſe cibis.
Nolo ait aligeras terret qui lumine turbas
Ipſe ſit indignis eſca futura labris.
Dixit, & hinc toti fuit illi abſtemia vita.
Eſca nec humanam depulit vlla famem.

Scho-

Schola Diaboli Imaginis deſcriptio. Caput 11.

A Ebria diuerſis calicum ſonat aula miniſtris,
Tota madet ſparſo menſaq; ſtrata mero.
Siue cupido tua placeant flammaue, ioci q;
Ardeat innumeris ſiue gula illecebris.
Fallitur aſſiduo tempus lacrimabile cantu,
Præcipiteſq; rapit cæca libido dies.
Euacuat plenis pars maſſica vina diotis,
Hoſpes & iſta putat dum vacuare replet.

Schola Dei Imaginis deſcriptio. Caput 12.

D Iſcipulos reliquis animi præ dotibus ornat,
Præ ſuperis largas datq; magiſter opes.
Grandia ſiderea dependent præmia ab aula,
Puniceaſq; gerunt florida ſerta roſas.
Sic tua conſtanti florebit vita virore,
Dummodo fontis aquam, quæ rigat iſta petas.

Dauid Propheta ab hoſte victoriam deportans. Caput 13.

F Orma giganteas ſuperes licet inclita vires
Ipſaq; diuerſos indicet ira dolos.
Ferre tamen tantos Dauid nequit ipſe furores,
Vincet at inuictum robora robur ait.

Sæpe

Sæpe ſuas turbarat oues, alienaq; ſemper
Paſcua erant varijs exagitata modis.
Ergo ſolicito conuerſus ad æthera voto
In ſua cæleſtem Numina poſcit opem.
Me pecudum teneant inquit licet antra, canumq;
Sola licet ſtolidæ ſit mihi cura feræ.
Tu tamen indocili noua porgito robora dextræ
Fortis erit miſſo robore dextra tuo.
Dixit & intrepido venientem protinus auſu
Excipit vltorem diraq; fata domat.
Ne teneant igitur vos facta ſuperba virorum,
Sæpe latent minimo pluria clauſa ſinu.

S. Auguſtinus a Puero cæleſtia ſpeculari diſcit. Capus 14.

Puſio ad extremam pelagi conſederat oram,
Vana ſuperuacuo vimine membra trahens.
Quem monicea videns ſoboles, conuerſa reperti
Quænam ſit quærit cauſa, laborue ioci.
Cui puer ellata dans talia verba loquela,
Hoc aic exiguo congrego fonte ſalum.
Audijt iſta ſenex, pueri, hinc ſibi dicta reuoluens,
Fragilis inceptum mens ait æquat opus.
Tum puer, & tales referunt tua vota labores,
Scire cupis cæli dum ſimul alta nimis.
Dumq; triaderio cupidum te Numine monſtras,
Irrita ſit dubio celſa cupido animo.

Di-

Diſce igitur certo cœleſtia noſcere voto,
Sat potis eſt tenero paruulus ingenio.

S. Ioannis Bap. Lectus.
Caput 15.

Non teſtudinei gaudebam ſtramine lecti,
Dura ſed optatus marmora lectus erant.
Ipſa fames vacuum torquebat perfida ventrem
vexabatq; atrox feruida labra ſitis.
Vnda dabat potum, viridis dabat herba vigorem,
Cuncta infantili ſubdita facta animo.

Poetarum Immortalitas.
Caput 16.

Mirabar refugo ſibi quid promitteret æuo,
Caſtalios coleret curue poeta lacus
At poſtquam implicito viridantia laurea ſerto
Vidi, iam dubius deſijt eſſe animus.
Viuet enim vatum nomen ſemperq; vigebit,
Sit partis quamuis longior hora bonis.
Immortale decus ſeruant data Numina condit
Perpetuoſq; ſibi præbita fama dies.
Caſtalia nihil eſſe poteſt mihi gratius vnda,
Illa poteſt ſparſo labra rigare vado.
Lethæo ſi quis guſtat de fonte liquores
Immemior eſt, memores tu tamen eſſe facis.

Biantis Philoſophi Dictum omnia mea mecum porto. Caput 17.

Hoſtiles premerent, cum barbara tela phalanges,
Magnaq; ſanguineo ſtrax foret interitu.
Pars fugitiua ſuos vertebat ab vrbe receſſus,
Longius atq; ſuas pars referebat opes.
Ipſe tamen blando patriæ ditiſſimus auro,
Deſerit intrepida mœnia mente Bias.
Nudus ope, argento nudus, nec prouidus auro,
Queis prius eſt vſus denegat eſſe ſua.
Sat mea ait tueor, proprium nihil eſſe putato,
Præter virtutes ingenijq; bona.
Omnia diuerſis ſunt ſubdita facta ruinis,
Omneq; te Domino diſpereunte perit.

Archimedes Phyloſophus ſolis viciſſitudines Notans, patriam captam eſſe ignorat. Caput 18.

Vrbs licet hoſtiles horreret preſſa phalanges,
Clauſaq; præ nimio cuncta timore forent.
Se tamen e patrio Archimedes proripit arno,
Horroremq; nihil, qui ruit, ille timet.
Nec timor vllus adeſt, victus cadit alter, & alter,
Stridor & vrbanos ſæpe ſit ante ſinus.
Immemor ipſe ſui tamen, & velut immemor vrbis
Hæret in aethereis mente, animoq; plagis.

Mi-

Miratur tantos hoſtis fortiſſimus auſus,
Et cur non patria te quoq; claudis ait?
Non opus eſt inquit patria mihi vindice vita,
Hoſtiles timeo nec minus ipſe minas.
Non cum ſidereis hoſtis decertat alumnis,
Nullus enim pœnæ conſcius error adeſt.
Turba ſed iratis ſibi quæ fert bella macheris,
Pœnas ipſa luet inuidioſa ſuas.

Pauperis parentis erga famelicos liberos calliditas. Caput 19.

Natorum vacuas torquebat inopia fauces,
Sed ſibi quæſiti ſpes erat vlla vbi.
Sæpe ſuum querula cruciabant voce parentem,
Sæpe ſed exhauſtus nil dabat ipſe parens.
Et iam iam certæ ſub vulnera mortis ituri
Poſcebant ſolitos ore inhiante cibos.
Dum pater extremis cupiens dare pharmaca votis
Inſtitit id dubio ſolicitare dolo.
Fert alicem in menſam, ferclis iubet inde petitis,
Pellat vt infamem ſtirps moribunda famem.
Pene q; erat cupido iam cœna peracta palato,
Arrida dum cruciat feruida labra ſitis.
Atq; licet vacuo iam deeſſent fercula ventri
Gratior ardenti lympha fit ipſa ſiti.
Ipſe famem natis piſcis non ſuſtulit, atra
Miſſa ſed ex oculis guttula cauſa fuit.

Hæ-

Hædus, & Lupus. Caput 20.

HÆdus in vmbroſi diſcurrens gramine prati,
Obuius exhauſto præda fit apta lupo.
Qui cum carnifici laniandus dente fuiſſet,
Iſta lupo memorant verba dediſſe prius.
Certa tuo cum ſim iam præda futura palato,
Quæſo ait ad tantum des mihi tempus iter.
Interea dulci ludens teſtudine, ſaltus
Expediam nemoris per vaga prata duos.
Cumq; diu teneris hædus ſaltaret in herbis,
Pergeret atq; ſuo iam Cythariſta ſono.
Audiuere canes ſparſum per gramina cantum,
Cognitaq; irati vox fuit ipſa lupi.
Vnanimes igitur per dulcia prata ruentes,
Vertit in hoſtilem robora quiſq; feram.
Vltima quæ cernens certæ ſibi ſigna ruinæ,
Deceptam tacito ſeq; fuiſſe dolo.
Me miſera hoſtis ait fraudes quot pandit, & auſus,
Mille in me mortes, millia damna ruunt.
Non opus hæde tuis fuerat peruerſe choreis,
Te capto fueram non Cythariſta, coquus.

S. Ioanna longo detenta ſomno ſanitatem recuperat. Caput 21.

AEgris ambroſias Ioanna labris
Vix eſcas tetigit, repente largo

Dum

Dum ſomno capitur, pedeſq; cernit
Infauſtis animi carere pœnis.
Quas natura ſibi nouerca dotes
Demebat, pariter virere ſenſit.
Explodunt medici labore morbum.
Hæc omnes placida quiete pellit.

Mortuus tacto Eliſei Sepulchro ad vitam reducitur. Caput 22.

OBuia nocturnis fieret cum turba rapinis,
Ac premeret refugos pene cataſta pedes.
Quæſijt extremam qua fallere fraude ruinam
Poſſet, & infames claudere latro dolos.
Nulla inibi patuli ſuberant molimina tecti,
Culmina nulla ſibi tam prope montis erant.
Lucida Olympiacum luſtrabat luna cubile,
Extinctiq; dabat fruſta videnda viri.
Hic quid agat? iugulis cautus pene imminet hoſtis,
Ipſa cruentatum prodit imago ſcelus.
Forte videt largum ſignato marmore ſaxum,
Dudum erat Eliſo quod data tumba ſeni.
Hic ſua feſtino recludit furta timore,
Trabat & ignota cum pietate ſpecum.
Mortua nam clauſum tangentia membra ſepulchrum,
Amiſſum rurſus ſenſit adeſſe animum.
Vitam ſi reliquis potuiſti tradere, cur non
Dat tibi, & antiquos hac breuis vrna dies.

San-

Sancti Pauli Conſolatio. Caput 23.

O Felix ſuperis monitus qui paruit aſtris,
Quiq; eſt aetherei dicta ſecutus heri.
Tartarea inſtabilem cingebat Cynthia mentem,
Vrgebantq; animum ſana prophana meum.
Nunc mea cæleſtes accendunt viſcera flammæ,
Iam plenum ſupero pectus amore patet.
Impia quæſitos ſeruabat Parca triumphos,
Meq; ſimul ſtygij dixerat eſſe lacus.
Deceptus tamen Orcus abit, deceptaq; Parca,
Cedere cæleſti debet vterq; Duci.
Grandia præteriti mihi tradent dona laboris
Sidera, & emeritas iam parat aether opes.
Sidera nemo niſi clauſis cognoſcit ocellis,
Machina vis ſuperos noſcere? claude oculos.

S. Pauli Lamentatio. Caput 24.

PAulus ego rigidæ me quem coluere phalanges,
Cuius & aſtra nouas obſtupuere minas.
En iaceo miſer a priſcis deſertus amicis,
Nulla mihi requies, nec mihi certa domus.
Sæpe ego ſacrilega vibrabam fulmina dextra,
Hæc memori faciunt nunc elementa mihi.
Viſcera contorquent ſubito certamine venti,
Nullaq; veſtis adeſt quæ mea membra tegat.

Labra ſitis torquet, contorquet inopia ventrem,
Integra pars animi nulla ſuperſtes adeſt.
Nulla mihi patuli ſupereſt recreatio mundi,
Vndiq; turba ſuas inſtruit inſidias.
O mea ſi ſuperi vitarent vulnera ciues?
Et mihi promiſſas traderet aether opes?
Lucida me tutum ſeruarent ſidera, nulla
In ſuperas poſſent tendere tela plagas.

De Bacchanaliorum Vanitate. Caput 25.

Vrgia qnid Bacchi mundi quid gaudia proſunt,
Diſsipat hos omnes ventus, & aura iocos.
Induitur lepidus muliebri cyclade ſcurra,
Metitumq; gerit ſpurca puella ſenem.
Infamis toto tegitur velamine vultus,
Saltat & aonio iuſſa catherua ſono.
Vndiq; clamor adeſt, concurrunt vndiq; turbæ,
Diuerſoſq; parat farta culina cibos.
Omnia tantaleo laniantur fercula voto,
Menſa ſolet toto ſtrata iacere die.
Ambulat alterno vitrum per prandia voto,
Incitat & vacuam grata placenta gulam.
Sola Ceres reliquo quamuis ſit tempore grata,
Hic tamen optatum vix habet illa locum.
Omnia Bacchus habet placidus gerit omnia Bacchus
Omnia pro Baccho gaudia mundus agit.

In pecudes homines quoſdam vertiſſe liquores
Fertur, & his mores applicuiſſe feræ.
Non opus hic herbis nullos quoq; poſco liquores,
Ipſa queunt ſtolidam vina creare feram.

Cur in Die Purificationis B. M. V. in Eccleſia tot lumina accendantur. Caput 26.

LVcida cur Mariæ tot ſplendent lumina, curq;
Anxius aethereas flagitet Orbis opes.
Cauſa ſubeſt, alios illuſtrant lumina, multis
Aemula dat ſolitos luxq; calorq; dies.
Cœlis Virgo tamen ſuperiſq; ſimilima, nunquam
Vſa fuit tali luce, vel imo die.
Sola diem potuit tetramq; agnoſcere noctem,
Sola fuit ſuperi lumen & aura Poli.
Ex hac virginei prodibant ſigna pudoris,
Virgineoſq; duos lux dabat vna ſinus.
Hæc in purpureo perpendens machina vultu,
Tantaq; ab inſolito miſſa talenta ſinu.
Hanc iure emmeritam accenſo dat lumine laudem,
Orbis, & hoc placidam lumine poſcit opem.
Demite vos Mariæ veſtras o ſidera luces,
Plura gerit caſto lumina Virgo, ſinu.

Hæretici ſpreta Sacra Oſtia ouo Derepente iugulantur. Caput 27.

FErret cum Miſtes vetulæ ſacra fercula, iam iam
Eſſet vt extremis ancora tuta malis.
Irriſit maleſana cohors cæleſtia dona,
Cepit & illicito ſpernere viſa ioco.
Oua prius noſtro comedentur bina palato,
Fæmina ait proprium quam moribunda Deum,
Hinc molitur opus, ſibi ſed quam duria fata?
Hæret in inſenſis eſca repente labris.
Quæritur aonius liquor, atq; aſclepius humor,
Sed quæſita ſibi nil valuere tamen.
Læthifero tandem moritur deceptus hiatu,
Luce etenim ſpreta noctis imago venit.

Milites Chriſti veſtem ludentes. Caput 28.

SEdulus exuuias ſortitur miles ademptas,
Iactaq; per viridem teſſera currit humum.
Vnanimes tandem has ſontiri pergite, talem
Namq; fugax vitæ porriget hora moram.

Chriſtus e ſepulchro reſurgens. Caput 29.

MOrtua fatali recubabant membra ſepulchro,
Claudebantq; pium marmora dura ſpecum.

Adſta-

Adſtabat ſuccincta minis gens barbara, dextris
Armatis reducem iuſſa vetare gradum.
Dum promiſſa diu cupiens dare gaudia mundo
Chriſtus, & infauſtæ claudere regna ſtygis.
Protinus occluſo prorrumpens Victor ab antro,
Eluſit ſtructas patre fauente minas.
Nam cum tot gazas ſeruare ſepulchra nequirent,
Marmora quæſitum dura dedere locum.

Admodum Reuerendus Dominus Dominicus Amator Amicus intimus. Caput 30.

PHæbus amare Deos docuit, docet alter Amator,
Muſa alios quomodo poſſis amare homines.
Caſtus amor tamen eſt, ſequitur quem noſter Amator,
Auffugit Idalios ille, negatq; focos.
Hunc ſequere aonijs dulciſſima Muſa labellis,
Hunc inter verſus ferto iocoſa tuos.
Atq; ſui cupidam dicas te nominis eſſe,
Nobile dum caſti nomen Amantis habet.
Verſibus in noſtris igitur celebrabere Amator
Ergo comes Muſæ dulcis Amator eris.

Admodum Reuerendus Dominus Laurentius Bellus eidem amiciſſimus. Caput 31.

DVlcia ſed quomodo poterit certamina amoris
Linquere, ſi ſemper Muſa quieta fuit.

Bellus bella canit, bellum fugit illa neſandum,
Impatiens cladis, impatienſq; virum.
Sed quid tum? aſpectu poterit dare forte canendi
Materiam Bellus, dum tacet ipſe, magis.
Bellus enim pacem ſectatur, bella recuſat,
Bellus habet pacem; Muſa tacere nequit.
Creſcere ſed ſtudijs pergas ait optime cæptis,
Si vis eſſe animo Bellus, & ingenio.

S. Blaſius Impune aquarum Ingluuiem perambulans.

Caput 32.

Igne ſemel Blaſius cinctus nil læditur igne,
Nilq; Procum ſentit iurgia, nilq; minas.
Vana ſed effuſis irridens dicta cachinnis,
Eſſe putat dulces ſeria mera iocos.
Ergo nouos ſibi leno dolos parat, atq; rebellem
Vincere qua poſſit quæritat arte modum.
Quæ negat ardor ait flammæ vel Iudicis ira,
Ingenioſa amplo mens dabit ergo lacu.
Nec mora ſublimi Blaſius de margine præceps
Voluitur in medias ventre ſupinus aquas.
Vndaq; mox refluens venientem ſpectat alumnum,
Hoſpitaq; hunc tuto ſeruat adepta ſinu.
Non tamen hoc mirum eſt placidis ſi vixit in vndis
Nam macula in Blaſij corpore nulla fuit.

Votiuum carmen ad Muſas pro ſanitate recuperanda. Caput 33.

CErnitis quantas mihi vita pœnas
Porrigat Muſæ, varioſq; membra
Concitent plantus capitti recluſus
Aeſtuat ardor.
Nil niſi triſtis renouatur ardor,
Nilniſi pœnæ mea labra torquent,
Quæ prius veſtra ſatiare cæpi
Aebrius vnda.
Non mihi cantus ſociæue turbæ
Sunt, procul veſtræ Cytharæ, lyræq;
Exulant ludi, pereunt iociq;
Quos cupit aetas.
Heu quis exangues renouabit artus,
Quis dabit priſcos animi virores
Corpori, poſſint reuirere priſcæ
Vatis vt auræ?
Non mihi optatæ natitant lacunæ
Ne quibus dulci ſatiare lympha
Iam queam, nullus refluit ſuprema
Riuus ab alpe.
Prodit e veſtris medicina lymphis,
Vos tenent vatum placidiq; cantus,
Vos datis veſtris medicos poetis
Sæpe liquores.

Bellus bella canit, bellum fugit illa neſandum,
Impatiens cladis, impatienſq; virum.
Sed quid tum? aſpectu poterit dare forte canendi
Materiam Bellus, dum tacet ipſe, magis.
Bellus enim pacem ſectatur, bella recuſat,
Bellus habet pacem; Muſa tacere nequit.
Creſcere ſed ſtudijs pergas ait optime cæptis,
Si vis eſſe animo Bellus, & ingenio.

S. Blaſius Impune aquarum Ingluuiem perambulans.

Caput 32.

IGne ſemel Blaſius cinctus nil læditur igne,
Nilq; Procum ſentit iurgia, nilq; minas.
Vana ſed effuſis irridens dicta cachinnis,
Eſſe putat dulces ſeria mera iocos.
Ergo nouos ſibi leno dolos parat, atq; rebellem
Vincere qua poſſit quæritat arte modum.
Quæ negat ardor ait flammæ vel Iudicis ira,
Ingenioſa amplo mens dabit ergo lacu.
Nec mora ſublimi Blaſius de margine præceps
Voluitur in medias ventre ſupinus aquas.
Vndaq; mox refluens venientem ſpectat alumnum,
Hoſpitaq; hunc tuto ſeruat adepta ſinu.
Non tamen hoc mirum eſt placidis ſi vixit in vndis
Nam macula in Blaſij corpore nulla fuit.

Vo-

Votiuum carmen ad Muſas pro ſanitate recuperanda. Caput 33.

CErnitis quantas mihi vita pœnas
Porrigat Muſæ, varioſq; membra
Concitent plantus capitli recluſus
Aeſtuat ardor.
Nil niſi triſtis renouatur ardor,
Nil niſi pœnæ mea labra torquent,
Quæ prius veſtra ſatiare cæpi
Aebrius vnda.
Non mihi cantus ſociæue turbæ
Sunt, procul veſtræ Cytharæ, lyræq;
Exulant ludi, pereunt iociq;
Quos cupit aetas.
Heu quis exangues renouabit artus,
Quis dabit priſcos animi virores
Corpori, poſſint reuirere priſcæ
Vatis vt auræ?
Non mihi optatæ natitant lacunæ
Ne quibus dulci ſatiare lympha
Iam queam, nullus refluit ſuprema
Riuus ab alpe.
Prodit e veſtris medicina lymphis,
Vos tenent vatum placidiq; cantus,
Vos datis veſtris medicos poetis
Sæpe liquores.

Pandito occluſos Eliconaſ fontes,
Irriget ſparſus mea labra ſuccus,
Donec Euentus mea monſtret ipſis
Carmina Muſis.

Muſarum Reſponſum.
Caput 34.

S *urgito vates, teneros remitte*
Fletus, ammiſſos animi virores
Iam tibi ſparſa renouabo lympha,
Iamq; liquore.
En virent campi, nemorumq; calles,
Flora præſtanos habitat virores,
Prata pubenti renouantur herba,
Ridet Apollo.
Pellito exoſas animi querelas,
Hic iacet clari medicina Phæbi,
Sperne languentes animi dolores,
Pellito morbum.

Tumba infantium, Qui ab Herode occiſi ſunt.
Caput 35.

H *Eu pietas nullum referent mortalia caſum,*
Qui queat infauſtæ vincere fata mecis.
Vix mea materno ſatiaui guttura lacte,
Vix potuit teneros liguaq; ferre ſonos.

Dum

Digitized by Google

Dum cogit fortuna nouas accedere terras,
Monſtrat & ignotam Parca inimica viam.
Molliter oſſa cubant tamen, & ſors dira receſſit,
Nos quæ tam durum carpere iuſſit iter.
Falſa meos fuerit quamuis ſpes erga parentes,
vtilitas noſtrum comprobat apta decus.
Non infantili reſonat mea tumba tumultu,
Denegat ignotus nec mihi carcer humum.
At gaudet partis mens incorrupta trophæis,
Gaudet in illata famaq; noſtra nece.
Scinduntur ſparſo per ſæpe carolla cruore,
Firmat at effuſus noſtra ſepulchra cruor,

S. Nicolaus Helueticus ſola ſacra Euchariſtia vitam in antris ducit. Caput 36.

HElueticas inter rupes ſtabula alta ferarum,
Poſceret æthereas cum Nicolaus opes.
Nulla vnquam cupidis guſtauit fercula labris,
Nullaq; mundani cognita menſa tibi eſt.
Sola ſed ingenuum paſcebat gratia pectus,
Perpetuoſq; dabant fercula ſacra dies.
Vt viuant alij comedunt tu vt viuere poſſis,
Non modo pocla vetas, ſed quoq; liba fugis.

Ad Eumdem.

PRoſpera ſic vitæ traducis tempora, Mortis
Sumptus enim cinxit ſol radijs oculos.

S. Li-

S. Liduina Accepta S. Euchariſtia ſanitatem recuperat. Caput 37.

IMpatiens raptæ ſibi iam Liduina ſalutis,
Præcipites fleret cum moribunda dies.
Nullus erat ſalubres morbo qui porgeret herbas,
Nullaq; erat tantis apta medela malis.
Nil medica poterat Podalirius arte, Galenus,
Ingenioq; nihil Hippocrateſq; nihil.
Ergo nouos medicos quærit, noua pharmaca membris,
Dum negat Orbis opem, fert tamen aether opem.
Fercula purgato præſummit ſacra palato,
Languoriq; nouum quæritat ægra cibum.
Vixq; labris guſtat, tanti dum pæna doloris
Vertitur in dulces ceu ſibi mana fauos.
Quid mirum? mundi potuit contemnere vires,
Nam medica ſuperus plus valet arte Deus.

A Chriſti Cæna Exeſto Guloſe. Caput 38.

POtitet aſſiduis licet ebria turba diotis,
Deuoret innumeras & licet vſq; dapes.
Eſca tamen Chriſtus, pleno dare pabula ventri
Denegat, & ſolitum ſe fore poſſe cibum.
Sum pateor panis, ſed dandus egentibus aptus,
Noſtra cupit nemo fercula ventre ſatur.

Di-

Dignus enim tantis non es ſatur horride libis
Occupat inflatam dum tua cæna gulam.
Euomis humanum pleno qui gutture ferclum,
Eſſe capax tanti tu potis eſne Dei?

Monachus deuotus Auiculæ cantu per Annos 300. detinetur. Caput 39.

MEnte diu meditatus opes, cæliq; talenta.
Inclita ſiderei manifeſtaq; ſignà triumphi.
Plenus diuino Monachus flagrabat amore
E minimis minimum cupiens cognoſcere donum,
Seruabant meritis quod lucida ſidera ſeruis.
Lucus erat, teneris quem cinxerat vndiq; plantis
Flora ſuis, varijs pariterq; hornarat & herbis
Proxius hic igitur Monachus dum flectit, & ipſa
Pergit in aſſueto meditari ſidera guſtu.
Per vitreas fugitiua fores auis intrat apertas,
Perq; manus perq; ora viri perq; attria longo
Deludens ſpatio modulatur garrula cantus,
Diffunditq; ſuum per prata virentia cantum
Terq; quaterq; vagas volitans vagabunda per auras
Rurſum nota petit viridantia culmina phagi,
Audítoq; trahens Monachum per prata ſuſurro,
Aſſueto repetita parat ſolatia guſtu.
Iamq; inibi fuerat tercentis notus ariſtis
Nil comedens, nilq; ore bibens ſolo inſcius æuo,
Inſcius optatæ ſibi quam daret hora quietis.

Non

Non hunc concretæ diuertunt iurgia lymphæ:
Nulla procellarum renuuntur fulmina, nullos
Aeſtatiſq; æſtus noſcit, ſed marmoris inſtar
Adiacet effigies præſentis neſcia caſus.
Sed iam tempus erat, poſt tot ſibi præbita cæli
Gaudia, vt ad patrias Monachus diuerteret ædes.
Garrula dum ſparſis volitans e frondibus ales,
Alta petens fugitiua loco ſecedit aperto.
Qui quoq; nota ſuæ repetens diuortia cellæ,
Commutata videt platearum compita, nullos
Agnoſcit, fuerant ſibi qui prius inter amicos.
Oſtia clauſa videt, mutata cubilia ſtabant
Omnia, & antiquos renuebant mœnia ritus.
Longe aliam ſolido factam de marmore cernit
Ianuam, & illuſtri creſcentia rudera pompa.
Carpit iter timiduſq; ſimul clauſa oſtia pulſans
Noſcitur a nullo, viſos nec noſcit alumnos.
Mutarat fortuna locum, tempuſq; ruinam
Attulerat ſterili iam decreſcente ſenecta.
Talia ſi aethereæ poterunt ſpectacla volucres,
In ſuaq; humanas perducere gaudia gentes.
Quid nobis ſuperas quando penetrabimus auras
Dandum erit o ſuperi? nihil eſt, nihil eſſe putatur,
Quod minus hac volucre aud cantu deformius iſto eſt
Falluntur noſtræ ſpectant qui gaudia terræ,
Quiq; diuturnis oſtentant facta trophæis.
Hac opus eſt volucre ad ſuperi penetralia regni,
Ipſa dabit pennis aditum cantuq; quietem.

De-

Deſiderio Deſideraui Paſcha manducare vobiſcum. Caput 40.

Erga hominem varijs flagrabat amoribus olim
Chriſtus, & immenſas ferre parabat opes.
Lumina ad eoas torquens dum Machina ſedes,
Cernere iuſſa ſuum fœmina, virq; Deum.
Vidii in aethereis ſplendere palatia gemmis,
Magnaq; cæleſtes ante trophæa greges.
At Deus infernas cernens inſurgere rixas,
Atq; hominem e ſtygijs non procul eſſe plagis.
Ergo ait aetherea priuatur homuncio luce?
Ergo Acheronteas inſcius intrat aquas?
Falleris o Phlegeton, titulo falluntur inani,
Implebunt vacuos noſtra talenta ſinus.
Sacra obfuſcatas luſtrabit gratia mentes,
Ac placidos reddet ſparſa fauilla animos.
Sed neq; flamma ſatis nec amor nec dona videntur,
Plura cupit pietas, plura referre parat.
Noſtra quid humanæ prodeſt clementia genti
Inquit, adoptato ſi caret illa Patre?
Me daboluminibus ſeruetur vt illa duobus,
Sanguis erit noſtras qui reparabit oues.
Victima ero immenſo terris moritura dolore,
Veſtrum ego virginea carne piabo ſcelus.
Vrget amor, pietaſq; meis diſcedere ab aſtris
Mandat, & extremam ferre ſalutis opem.

Fons

Spem quoq; mundanis nimiam ne ponito rebus,
Diſce mea ſortem morte timere ſatis.

Homines Nudi Nati, Nudi Moriuntur. Caput 43.

NE te fortunæ teneant ſolatia, nete
Vincat inhoneſti praua libido chori.
Aſſiriæ quamuis tua cingant tempora gemmæ,
Seruet & intactum regia forma decus.
Ambiguos agitata dabit fortuna tumultus,
Diſcindetq; tuos ſors fugitiua dies.
Te miſerum primi nudum genuere, parentes,
Nudus ad infernas, & ſimul ibis aquas.
Quas tibi diuitias, cæcum quod congeris aurum,
Non erit ignotæ ſerua futura viæ.
Nec quoq; quos blandos laudabas ſæpe ſodales,
Monſtrabunt dubiam te lacrimante viam.
Multa tibi varia promittis facta loquela, at
Quando carina perit non rediturus abis.

In quemdam Turrito Pileo incedentem. Caput 44.

FErt Cybale erectam turrim ſub vertice, tune
Ferre potes capite pondera tanta tuo?
Imo age die proprij quæ ſint monumenta laboris,
Diſcordes etenim monſtrat vterq; animos.

In-

Ingentem geſtat, vacnam tamen altera turrim,
Plures tu proprio vertice pediculos.

Auaritiæ deformitas.
Caput 45.

Heu heu diuitiæ deformidabile monſtrum,
Quas non ſolicitus quærit auarus opes?
Cæcus amor longas auri deſſoluit habenas,
Hæret & inſpectis mens inhoneſta bonis.
Solicitus gazis blanditur, ponderat aurum,
Menſq; cupit varium ſemper egena lucrum.
Indiacas non horret aquas, non horret hyberas,
Sæua vel e gelidis frigora miſſa Getis.
Oſtentent licet aſtra metum pontusq; ruinam,
Territur oſtenſis non tamen ille malis.
Ardet auara ſitis tamen & mens indiget auro
Nullaq; inexpleta gaza ſat apta gulæ.
Dumq; frui lucris longo quæ tempore ſerpit,
Se putat infauſtæ ſub iuga mortis obit.
Diſcediq; ſuo iubet hunc ſors inuida ab auro,
Quæ nunquam argenti facta miniſtra tui eſt.
Ergo miſer proprio moritur deſertus ab auro,
Cuius in aſpectu ſpes erat ipſa ſuo.
Cumq; prius valida plena eſſet dextra metallo,
Iam vix quo nautam ſoluere poſſit habet.

Bellus bella canit, bellum fugit illa neſandum,
Impatiens cladis, impatienſq; virum.
Sed quid tum? aſpectu poterit dare forte canendi
Materiam Bellus, dum tacet ipſe, magis.
Bellus enim pacem ſectatur, bella recuſat,
Bellus habet pacem, Muſa tacere nequit.
Creſcere ſed ſtudijs pergas ait optime cæptis,
Si vis eſſe animo Bellus, & ingenio.

S. Blaſius Impune aquarum Ingluuiem perambulans.

Caput 32.

IGne ſemel Blaſius cinctus nil læditur igne,
Nilq; Procum ſentit iurgia, nilq; minas.
Vana ſed effuſis irridens dicta cachinnis,
Eſſe putat dulces ſeria mera iocos.
Ergo nouos ſibi leno dolos parat, atq; rebellem
Vincere qua poſſit quæritat arte modum.
Quæ negat ardor ait flammæ vel Iudicis ira,
Ingenioſa amplo mens dabit ergo lacu.
Nec mora ſublimi Blaſius de margine præceps
Voluitur in medias ventre ſupinus aquas.
Vndaq; mox refluens venientem ſpectat alumnum,
Hoſpitaq; hunc tuto ſeruat adepta ſinu.
Non tamen hoc mirum eſt placidis ſi vixit in vndis
Nam macula in Blaſij corpore nulla fuit.

Vo-

Votiuum carmen ad Muſas pro ſanitate recuperanda. Caput 33.

CErnitis quantas mihi vita pœnas
Porrigat Muſæ, varioſq; membra
Concitent plantus capitli recluſus
Aeſluat ardor.
Nil niſi triſtis renouatur ardor,
Nilniſi pænæ mea labra torquent,
Quæ prius veſtra ſatiare cæpi
Aebrius vnda.
Non mihi cantus ſociæue turbæ
Sunt, procul veſtræ Cytharæ, lyræq;
Exulant ludi, pereunt iociq;
Quos cupit aetas.
Heu quis exangues renouabit artus,
Quis dabit priſcos animi virores
Corpori, poſſint reuirere priſcæ
Vatis vt auræ?
Non mihi optatæ natitant lacunæ
Ne quibus dulci ſatiare lympha
Iam queam, nullus refluit ſuprema
Riuus ab alpe.
Prodit e veſtris medicina lymphis,
Vos tenent vatum placidiq; cantus,
Vos datis veſtris medicos poetis
Sæpe liquores.

Pandito occluſos Elicona fontes,
Irriget ſparſus mea labra ſuccus,
Donec Euentus mea monſtret ipſis
Carmina Muſis.

Muſarum Reſponſum.
Caput 34.

Surgito vates, teneros remitte
Fletus, ammiſſos animi virores
Iam tibi ſparſa renouabo lympha,
Iamq; liquore.
En virent campi, nemorumq; calles,
Flora præſtanos habitat virores,
Prata pubenti renouantur herba,
Ridet Apollo.
Pellito exoſas animi querelas,
Hic iacet clari medicina Phœbi,
Sperne languentes animi dolores,
Pellito morbum.

Tumba infantium, Qui ab Herode occiſi ſunt.
Caput 35.

Heu pietas nullum referent mortalia caſum,
Qui queat infauſtæ vincere fata necis.
Vix mea materno ſatiaui guttura lacte,
Vix potuit teneros liguaq; ferre ſonos.

Dum cogit fortuna nouas accedere terras,
Monſtrat & ignotam Parca inimica viam.
Molliter oſſa cubant tamen, & ſors dira receſſit,
Nos quæ tam durum carpere iuſſit iter.
Falſa meos fuerit quamuis ſpes erga parentes,
Vtilitas noſtrum comprobat apta decus.
Non infantili reſonat mea tumba tumultu,
Denegat ignotus nec mihi carcer humum.
At gaudet partis mens incorrupta trophæis,
Gaudet in illata ſamaq; noſtra nece.
Scinduntur ſparſo per ſæpe carolla cruore,
Firmat at effuſus noſtra ſepulchra cruor,

S. Nicolaus Helueticus ſola ſacra Euchariſtia vitam in antris ducit. Caput 36.

HElueticas inter rupes ſtabula alta ferarum,
Poſceret aethereas cum Nicolaus opes.
Nulla vnquam cupidis guſtauit fercula labris,
Nullaq; mundani cognita menſa cibi eſt.
Sola ſed ingenuum paſcebat gratia pectus,
Perpetuoſq; dabant fercula ſacra dies.
Vt viuant alij comedunt tu vt viuere poſſis,
Non modo pocla vetas, ſed quoq; liba fugis.

Ad Eumdem.

PRoſpera ſic vitæ traducis tempora, Mortis
Sumptus enim cinxit ſol radijs oculos.

S. Li-

S. Liduina Accepta S. Euchariſtia ſanitatem recuperat. Caput 37.

Impatiens raptæ ſibi iam Liduina ſalutis,
Præcipites fleret cum moribunda dies.
Nullus erat ſalubres morbo qui porgeret herbas,
Nullaq; erat tantis apta medela malis.
Nil medica poterat Podalirius arte, Galenus,
Ingenioq; nihil Hippocrateſq; nihil.
Ergo nouos medicos quærit, noua pharmaca membris,
Dum negat Orbis opem, fert tamen aether opem.
Fercula purgato præſummit ſacra palato,
Languoriq; nouum quæritat ægra cibum.
Vixq; labris guſtat, tanti dum pæna doloris
Vertitur in dulces ceu ſibi mana fauos.
Quid mirum? mundi potuit contemnere vires,
Nam medica ſuperus plus valet arte Deus.

A Chriſti Cæna Exeſto Guloſe. Caput 38.

Potitet aſſiduis licet ebria turba diotis,
Deuoret innumeras & licet vſq; dapes.
Eſca tamen Chriſtus, pleno dare pabula ventri
Denegat, & ſolitum ſe fore poſſe cibum.
Sum pateor panis, ſed dandus egentibus aptus,
Noſtra cupit nemo fercula ventre ſatur.

Di-

Dignus enim tantis non es ſatur horride libis
Occupat inflatam dum tua cæna gulam.
Euomis humanum pleno qui gutture ferclum,
Eſſe capax tanti tu potis eſne Dei?

Monachus deuotus Auiculæ cantu per Annos 300. detinetur. Caput 39.

Mente diu meditatus opes, cæliq; talenta.
Inclita ſiderei manifeſtaq; ſignæ triumphi.
Plenus diuino Monachus flagrabat amore
Ꝭ minimis minimum cupiens cognoſcere donum,
Seruabant meritis quod lucida ſidera ſeruis.
Lucus erat, teneris quem cinxerat vndiq; plantis
Flora ſuis, varijs pariterq; hornarat & herbis
Proxius hic igitur Monachus dum flectit, & ipſa
Pergit in aſſueto meditari ſidera guſtu.
Per vitreas fugitiua fores auis intrat apertas,
Perq; manus perq; ora viri perq; attria longo
Deludens ſpatio modulatur garrula cantus,
Diffunditq; ſuum per prata virentia cantum
Terq; quaterq; vagas volitans vagabunda per auras
Rurſum nota petit viridantia culmina phagi,
AudItoq; trahens Monachum per prata ſuſurro,
Aſſueto repetita parat ſolatia guſtu.
Iamq; inibi fuerat tercentis notus ariſtis
Nil comedens, nilq; ore bibens ſolo inſcius æuo,
Inſcius optatæ ſibi quam daret hora quietis.

Non

Non hunc concretæ diuertunt iurgia lymphæ:
Nulla procellarum renuuntur fulmina, nullos
Aeſtatiſq; æſtus noſcit, ſed marmoris inſtar
Adiacet effigies præſentis neſcia caſus.
Sed iam tempus erat, poſt tot ſibi præbita cæli
Gaudia, vt ad patrias Monachus diuerteret ædes.
Garrula dum ſparſis volitans e frondibus ales,
Alta petens fugitiua loco ſecedit aperto.
Qui quoq; nota ſuæ repetens diuortia cellæ,
Commutata videt platearum compita, nullos
Agnoſcit, fuerant ſibi qui prius inter amicos.
Oſtia clauſa videt, mutata cubilia ſtabant
Omnia, & antiquos renuebant mœnia ritus.
Longe aliam ſolido factam de marmore cernit
Ianuam, & illuſtri creſcentia rudera pompa.
Carpit iter timiduſq; ſimul clauſa oſtia pulſans
Noſcitur a nullo, viſos nec noſcit alumnos.
Mutarat fortuna locum, tempuſq; ruinam
Attulerat ſterili iam decreſcente ſenecta.
Talia ſi aethereæ poterunt ſpectacla volucres,
In ſuaq; humanas perducere gaudia gentes.
Quid nobis ſuperas quando penetrabimus auras
Dandum erit o ſuperi? nihil eſt, nihil eſſe putatur,
Quod minus hac volucre aud cantu deformius iſto eſt
Falluntur noſtræ ſpectant qui gaudia terræ,
Quiq; diuturnis oſtentant facta trophæis.
Hac opus eſt volucre ad ſuperi penetralia regni,
Ipſa dabit pennis aditum cantuq; quietem.

Deſiderio Deſideraui Paſcha manducare vobiſcum. Caput 40.

Erga hominem varijs flagrabat amoribus olim
Christus, & immenſas ferre parabat opes.
Lumina ad eoas torquens dum Machina ſedes,
Cernere iuſſa ſuum fœmina, virq; Deum.
Vidit in aethereis ſplendere palatia gemmis,
Magnaq; cœleſtes ante trophæa greges.
At Deus infernas cernens inſurgere rixas,
Atq; hominem e ſtygijs non procul eſſe plagis.
Ergo ait aetherea priuatur homuncio luce?
Ergo Acheronteas inſcius intrat aquas?
Falleris o Phlegeton, titulo falluntur inanni,
Implebunt vacuos noſtra talenta ſinus.
Sacra obfuſcatas luſtrabit gratia mentes,
Ac placidos reddet ſparſa fauilla animos.
Sed neq; flamma ſatis nec amor nec dona videntur,
Plura cupit pietas, plura referre parat.
Noſtra quid humanæ prodeſt clementia genti
Inquit, adoptato ſi caret illa Patre?
Me dabo luminibus ſeruetur vt illa duobus,
Sanguis erit noſtras qui reparabit oues.
Victima ero immenſo terris moritura dolore,
Veſtrum ego virginea carne piabo ſcelus.
Vrget amor, pietaſq; meis diſcedere ab aſtris
Mandat, & extremam ferre ſalutis opem.

Fons

Fons ero perpetuam præbens ſicientibus vndam,
Non putealis erit lympha, perennis erit.

Mirabile Elephantis Ingenium. Caput 41.

Dira elephanteas torquebat inopia fauces,
Fercula ſed ferret qui ſibi nullus erat.
Quæsijt in patina, ſi quam daret angulus eſcam,
Nulla ſed in patinæ partibus eſca fuit.
Quæsijt in menſa nihil eſcæ menſa gerebat,
Nulla erat huic potus copia, nulla tibi.
Auxilium quærit vacuo vndiq;, & vndiq; cordi
Huic quæſita tamen nulla ſed eſca datur.
Vertitur ad Dominum ſua poſcens prandia, bruti
Sed Dominus ventri fercla petita negat.
Cernis ait nullos cacabum retinere liquores,
Fractaq; poſſe vllos condere vaſa cibos?
Audijt exhauſtus ſibi præbita verba Cochinus,
Ergo per optatam quærit anhelus opem.
Obtenebrata petit patrij diuortia fabri,
Et fracta obſonij vaſa parare iubet.
Inde inſtare magis, magis, & reprehendere fabrum,
Mox pede poſcit opem, nutibus vrget opus.
Ambo fuere fabri, Vulcanus condidit ollam,
Illa ſuum ignota condidit arte caput.

Ruſticus ſtupa quam a iuuentute ſeminauerat in ſenectute ſuſpenditur. Caput 42.

Heu labor ingratus vitæ diſcrimina noſtræ,
Ruralem cruciat quanta ruina caſam.
Alcinoas didiciſſe mihi quid profuit artes,
Profuit innumeras paſcere quidq; feras?
Mirabar refugæ felicia tempora vitæ,
Quaſq; daret tenues hora benigna dapes.
Meq; meoſq; mei nutribam ſumptibus horti,
Aſſiduus tulerat quos mihi ſæpe labor.
Hic me præ reliquis poteram fortaſſe vocare
Felicem, patrij factus alumnus humi.
At nunc me miſerum quo ſors malecredula ducit?
Ruſtica vita meæ naufraga mortis erit.
Id quo me dudum depaſcere poſſe putabam,
Vindice condemnat præmia ſupplicio.
Nil nouitatis erat dubium qua fallere tempus
Poſſem, vel lentos præcipitare dies.
Ipſa prius ſterili dederam quæ ſemina terræ,
Triptolemi fructus, quo quoq; more tuli.
Illa dabant placidam per tempora longa culinam,
Et mihi non emptas villa ferebat opes.
Mens tranquilla nouas pariter numerabat ariſtas,
Pendulaq; e grauidis perſica poma comis.
Nunc quid quid retulit ſors intempeſta refugit,
Et quid quid volucris præbuit hora, perit.

Spem

Spem quoq; mundanis nimiam ne ponito rebus,
Diſce mea ſortem morte timere ſatis.

Homines Nudi Nati, Nudi Moriuntur.
Caput 43.

N*E te fortunæ teneant ſolatia, nete*
Vincat inhoneſti praua libido chori.
Aſſiriæ quamuis tua cingant tempora gemmæ,
Seruet & intactum regia forma decus.
Ambiguos agitata dabit fortuna tumultus,
Diſcindetq; tuos ſors fugitiua dies.
Te miſerum primi nudum genuere, parentes,
Nudus ad infernas, & ſimul ibis aquas.
Quas tibi diuitias, cæcum quod congeris aurum,
Non erit ignotæ ſerua futura viæ.
Nec quoq; quos blandos laudabas ſæpe ſodales,
Monſtrabunt dubiam te lacrimante viam.
Multa tibi varia promittis facta loquela, at
Quando carina perit non rediturus abis.

In quemdam Turrito Pileo incedentem.
Caput 44.

F*Ert Cybale errectam turrim ſub vertice, tune*
Ferre potes capite pondera tanta tuo?
Imo age die proprij quæ ſint monumenta laboris,
Diſcordes etenim monſtrat vterq; animos.

In-

Ingentem geſtat, vacnam tamen altera turrim,
Plures iu proprio vertice pediculos.

Auaritiæ deformitas.
Caput 45.

HEu heu diuitiæ deformidabile monſtrum,
Quas non ſolicitus quærit auarus opes?
Cæcus amor longas auri deſſoluit habenas,
Hæret & inſpectis mens inboneſta bonis.
Solicitus gazis blanditur, ponderat aurum,
Menſq; cupit varium ſemper egena lucrum.
Indiacas non horret aquas, non horret hyberas,
Sæua vel e gelidis frigora miſſa Getis.
Oſtentent licet aſtra metum pontusq; ruinam,
Territur oſtenſis non tamen ille malis.
Ardet auara ſitis tamen & mens indiget auro
Nullaq́, inexpleta gaza ſat apta gulæ.
Dumq́; frui lucris longo quæ tempore ſerpit,
Se putat infauſtæ ſub iuga mortis obit.
Diſcediq́; ſuo iubet hunc ſors inuida ab auro,
Quæ nunquam argenti facta miniſtra tui eſt.
Ergo miſer proprio moritur deſertus ab auro,
Cuius in aſpectu ſpes erat ipſa ſuo.
Cumq; prius valido plena eſſet dextra metallo,
Iam vix quo nautam ſoluere poſſit habet.

Digitized by Google

Ridiculum Pictoris Reſponſum. De eius Imagine. Caput 46.

Pinxerat albenti Catherinam Pictor, in aula,
Picta ſed indocto forma nitore fuit.
Candida non roſeum referebant ora pudorem,
Nullaq; virgineis ars erat apta genis.
Iuſſus at indoctus cauſas edicere Pictor,
Curuaq; cur membris iam Catherina foret.
Ne mirere ait informis ſi pendet imago,
Curuus enim paries non mea forma mala eſt.

Inconſtans a Via ſalutis refugus Conſolatur. Caput 47.

Pvlchrum eſt ambiguos fortunæ ſpernere caſus,
Falſaq; feſtiuo deludere iurgia riſu.
Innumeris fortuna malis cum ludere pergat,
Ferrea conſtanti tu pectora mente referto.
Et ne cede malis, ſemper tua parta vigebit
Namq; ſalus, laudis ſtabit venerabile nomen.
Inceptum ne ſiſte bonum ne cede futuris,
Quanta etenim partus tibi gaudia luctus obumbrat?

Poeta viſo Titubantis antro faciem auertit. Caput 48.

Monſtrū horrēdū, informe nouos parat ore furores,
Meq; iubet viſis faciem diuertere ab antris.

In-

Inconſtantis opus iacet, hic iacet atra voluptas,
Præcipitat varijs tempus quæ flebile damnis.
O ſcelus? immenſos vigeas licet inter honores
Magna ſub exiguo latitant ſolatia guſtu,
Pellere dum cupies morbum lolium diceris.

A ſacra Chriſti Cæna procul eſto guloſe. Caput 49.

Porrigat immundis quis gemmea fercula porcis,
Nutriat ambroſio, quiſue liquore feras?
Decidit e ſupera detruſus lucifer aula,
Plenus erat vaſtis namq; ſuperciliis.
Indignum ſuperis pariter ſe exiſtimet eſcis,
Vota nimis grandi qui ſua mente tenet,
Dedaleis volitet nam mens cum naufraga pennis
Cera tamen domino te pereunte cadet.

Hæretici Duo a proprijs Canibus, quibus ſacrum Sacramentum altaris dederant dilaniantur. Caput 50.

Spernebat vetiti ſoboles perverſa Lutheri
Mandabant quid, quid ſidera, terra boni.
Sub pede ſæpe iacet ſuperum venerabile Numen,
Spernitur innumeris eſcaq; ſæpe modis.
Nec ſatis eſſe rata infames mens vrget in auſus,
Pluraq; ludibrio damna referre parant.

Faucibus ergo furens præbet ſacra fercla caninis,
Sed male quam ludit qui properanter agit.
Impia enim duro laniatur turba furore,
Atq; canes notos destituunt dominos.
Prodidit hoſtiles gallorum voce phalanges
Anſer, nunc canis eſt proditor ac lanio.

Quidam nimijs detentus curis mentem perdit, viuuſq; ſepulchrum ab amicis inſtanter poſtulat.

Caput 51.

Turbaſſet tenuem cum ſors improuida mentem,
Oraq; mæonius falleret ægra liquor.
Ferte citi clamat Lamius mea membra ſepulchris,
Vltima ſolenni claudite fata rogo.
Conueniunt medici, dextra, læuaq; frequentes,
Quæritur extremi cauſa, metuſq; mali.
Sed nihil allatus prodeſt aſclepius humor,
Emptaque in experijs nil facit herba plagis.
Vnanimes igitur mentitæ tradere tumbæ
Membra iubent, iuſſis, & dare fata rogis.
Subſequitur populus varijs deludere dictis
Iuſſa cohors Lamium pergit, & eſſe minax.
Condite ait ſolita ſcelerata cadauera tumba,
Dignus enim noſtris non erat ille plagis.
Iamq; alij varijs ſpargebant ſcommata rixis,
Suſtulit e latero dum ſua membra ſpecu.

Mor-

Mortem ait o hoſtes mihi ni mala ſata dediſſent,
Noſtra foret veſtris dextera pœna malis.
At quia nec rabies mea nec quia robora proſunt,
Tranſeat intentum quod negat ira ſcelus.
Ipſa licet varium pariant periuria damnum,
Huic tamen amiſſum reſtituere animum.

Rex Salamon Duarum fęminarum lites ingenioſe reſoluit. Caput 52.

Lis fuit orta duas inter grandiſſima matres,
Magnaq; fęmineis ira ſupercilijs.
Vtraq; pro rapta certabat prole, negabat,
vtraq; maternum deſeruiſſe ſinum.
Iuſſus at hanc iudes Salamon diſcernere litem,
Fęmineoſq; ſuo iure domare animos.
Regia conſilijs prodeſt ſententia nullis,
Noſcitur allatus nec minus erro puer.
Quarendum ingenium eſt, mea cum ſint irrita ventis
Dicta, per ignotum mens dabit ergo dolum.
Ergo ait o matres pectus ſcindetur, & artus,
Vtraq; ne rapta prole carere queat,
At diros genitrix ſpargens in pignora fletus,
Nolo ait infauſti ſim tibi cauſa mali.
Non ego ſæua mei ſpectabo funera nati,
Eſſe negant fraudes quod mihi ſit pietas,

Stultorum plena ſunt Omnia. Caput 53.

Vndiq; ſtultorum ſoboles reperitur, & ætas,
Vndiq; luna ſuos nutrit, amatq; greges.
Non tot agri frondes denſant & gramina, ſtultos
Quot gerit in vario luna nouerca ſinu.
Quid mirum? ex tanta ſoboles generata parente,
Non cupit a patrijs degenerare plagis.
Si faciem ſpectes variant, variatur, & ordo,
Nam renouata magis, & repetita placent.
Sola tamen virtus patulo eſt incognita mundo,
In viuis firmum vix habet illa locum.
Vnde ferax olim doctorum terra virorum,
At modo quam ſtultos procreat illa homines?
Debilis aſt mater cur ſit, cum matre neceſſum
Debilis & proles ſit velut eſſe ſolet.

Citharedus, & Philomela. Caput 54.

Falleret vt lentum pretioſa per otia tempus,
Eſſet & afflicto gratior hora animo.
Treicius reſides modulatus pectine neruos,
Pollice feſtiuo nobile duxit ebur.
Ac diuerſa ſuo modulatus carmina cantu,
Reddebat mutuos ſtridula ſilua ſonos.
Namq; modo rauca, modo leni voce canebat,
Sicut ea ingenuui fertur Achillis erat.

Mor-

Mortua tam docto traxiſſet marmora cantu,
Marmora ſed ſteriles non habuere plagæ.
Traxiſſet fontes deerant ſed montibus vndæ,
Traxiſſet pecudes, non aderantq; feræ.
Non procul e teneris aberat Philomela roſetis,
Ter conata chelyn reddere, terq; ſonum.
Aemulus is volucren ſubitus dum verſus in hoſtem,
Hos rigida fertur voce dediſſe ſonos.
Garrula vel tacito cedet Philomela ſuſurro,
Vel ego crudeli cedam ait interitu.
Dixit, & antiquo repetens ſolatia guſtu,
Dira expectatæ cauſa fuere necis.
Res noua pellebat mordaces muſica curas,
Nunc tamen Artifici dat melodia necem.

Miles ſeptem mortuos haſta ferens. Caput 55.

Graſſatur rigidis dum Mars feruentius armis,
Aeſtuat in patrio dumq; fauilla rogo.
Miles ab occultis cautus ſe proripit antris,
Vincere quoſq; dolo iam nequit enſe parat.
Haſtæ etenim duro refugam ferit arduus ictu:
Turbam, ac vltrices vertit in ora manus.
Inde velut nullo grauidus fert pondere prædam,
Inclita ſeptenis præda cadaueribus.
Et longeua ſuos ætas licet indicet annos,
Candida præfractum barbaq; monſtret opus.
Septenam quouis deportat vulnere prædam,
Hoſtis & intenta diiugulatus obit.

Naue Charon extra exangues fert litora manes,
Septem fers proprijs tu tamen ipſe humeris.

Epitaphium in Funus amici. Caput 56.

Nox erat, at noctis fuerat mihi nulla voluptas,
Nam mihi dura nimis ſors mea viſa fuit.
Aequiparare nouo cupiens ego tramite pondus,
Antiquum volucris ferret vt hora ſonum.
Mercedis tamen ipſe feram quæ præmia cernis?
Atra meos citius abſtuit hora dies.
Non mirum minata mihi ſi talia Parca eſt,
Mortis enim fuerat certior hora meæ.

De Eodem.

Si vitare necis cupiebas vulnera, notas
Debebas potius detinuiſſe rotas.

Theutilla Caſtitatis conſeruandæ gratia Amalium Ducem occidit. Caput 57.

Rapta erat e patria furtim Theutilla phalange,
virgo pudicitiæ exemplar, formæq; theatrum.
Quam cum peruerſus vidiſſet Amalius omnes
Protinus accenſas reuocans e pectore flammas,
Illicita caſtam violatum mente puellam
Ibat, peruerſo cupiens dare pabula cordi,

In-

Digitized by Google

Inſanumq; nouo conuincere crimine pectus.
Hic Theutilla tamen quid agat, quid deniq; tentet
Neſcit vt antiquæ conſeruet robora famæ.
E ſtricto tandem iuuenilia brachia collo
Abſtrahit, & priſcum defendit voce pudorem.
Nox erat, & triſtem mærebant ſidera luctum,
Membraq; communem captabant languida ſomnum,
Et quoq; Amalius hic ſomno, vinoq; ſepultus.
Captabat tetræ communia munera noctis.
Interea totum circumdans illa cubile
Anxia quærebat gratam Theutilla medelam.
Oſtia clauſa videt munita cubilia ſtabant
Omnia, virgineos prohibentia vertere greſſus.
Obuia ſi foret haſta inquit, daret haſta medelam
Tutarerq; meæ cæleſtia munera famæ
Caſta pudicitiam diro Lucretia ferro
Defendit, ſpurcæ contemnens iurgia turbæ.
At quia nec ferrum mea nec quia robora proſunt,
Lucida propitios oſtendite ſidera vultus.
Fertq; quoq; auxilium peragrantia flumina, tandem
Vt fugiam extremæ miſeranda pericla ruinæ.
Viciſtis fragili pharaonica robora lympha,
Omnia ſpreuiſſet ſuperi cum dicta Tonantis,
Aequora vellet & armato tranſire duello.
Aſt quia recluſum penetrare cubile nequitis
Siſtite propitiam Virgo dabit ipſa medelam.
O Tutela meis ſemper virgo indiga rebus,
Oſtia clauſa domus pandas, tua Numina ſaltem

Fertur & has paruo quamuis ſint corpore, ſemper
Emendicato viuere poſſe cibo.
Vos igitur tantæ ne ſpernite robora gentis,
Robora, quæ herculeis apta fuere iugis.
Nam licet ingenium ſplendeſcat in arte, videri
Non formica poteſt, forma ſed ampla mihi.

Virtutis Pulchritudo. Caput 60.

VIrtutis generoſa nimis quid præmia proſint,
Quaſq; ferat patulus non capit Orbis opes.
Ardua ſit quamuis; duros monſtretq; labores,
Sæpe iocos renouat damnaq; ſæpe fugat.
Delectat lentam repetita hæc ſæpe ſenectam,
Spargit & intacto magna talenta ſinu.
Præuidet humanis quæcumq; patrantur in oris,
Atq; aſſueta bonis nil nouitatis habet.
Irridet monumenta hominum, mentemq; caducam
Perpetuos ſemper cum gerat illa dies.
Non cupit argentum, nullum quoq; poſſidet aurum,
Artibus auratos ſed facit ipſa ſuis.

Libertatis Pernicies. Caput 61.

IN mea dicta ruunt magnorum Numina Regum,
Spargitur inſano gloria noſtra Noto.
Libera ſed nimis hæc mens eſt, & opinio vana
Procreat innumeras noſtra ruina neces.

Exi-

Exitium porte, ſocijs incendia turbis
Et pario, & triſtem deniq; trado luem.
Me mea regna decent, titulis depaſcor eiſdem,
Vſa quibus dudum Roma ſuperba fuit.
Cauſa fui toties Martis cur arma ferantur,
Cur laudent noſtros ſidera, terra ſinus.
Me coluere Duces, Regum me ſacra bearunt
Numina, & infenſis damna tulere viris.
Te ſolam dicis mundi, pelagiq; patronam,
Ex vno toties cur fugis ergo loco?

Guilhelmus Imperator a S. Alberto cum tota eius aula ad prandium Inuitatur. Caput 62.

Romuleas Guilhelmus erat peruentus ad oras,
Inclita Romulei ſpeſq; decuſq; ſoli.
Albertus quam forte videns magno agmine cinctum,
Ad ſua mox aulæ tecta venire iubet.
Iam glacialis hyems triſtes conſtrinxerat alpes,
Duraq; concretas vnda tenebat opes.
Aduena qui ſolito deferret nuncia more
Nullus erat, rigidum nil niſi frigus erat.
Aſſuetos cantus volucres aſſuetaq; pabla
Spernebant nimio corda cremante gelu.
Cæli erat & tellus niueali plena procella,
Detentaſq; Notus ferre nequibat opes.

Un-

Vndiuagis ſtrictus recubabat piſcis in oris
Inde dabant celerem lympha, procella necem.
Arboribus glomerata ſimulq; cacumina ſtabant,
Deflebatq; ſuas Arbor opaca comas.
Rex venit, ſolitaq; virum comitatus ab aula,
Pompoſa Alberii tecta videre parat.
Aſt hic non gelidæ apparebant ſigna pruinæ
Nec demebat opes terra benigna ſuas.
Omnia ridentes monſtrabant namq; virores,
Plenus odoratis floribus hortus erat.
Aemula præſtanos currebat flora per agros,
Ferret vt auratis florida ſerta comis.
Sed quid ago? vario ſplendebat terra colore,
Plenaq; erat varijs fertilis herba feris.
Iam Philomela ſuo penetrabat lucida cantu
Sidera, lætitiæ dans noua ſigna ſuæ.
Garrulus vmbroſis errabat miluus in vlmis,
Conſortiaſq; ſua voce vocabat aues.
Candida per virides prodibant lilia campos,
Mixtaq; erant gelidis grata roſeta vadis.
Omnis in inſolitis ſpectabat tempora pratis,
Plenus erat dubijs Duxq; cohorſq; animis.
Accedunt igitur, diſtinctas frondibus vlmos
Nudant, ac dempto cortice viſa probant.
Itaq; tot ſignis hærent cauſamq; videre
Mens agitata cupit, ſtat ſtupefacta cohors.
Aſsurgunt, lautam diſtincto hinc ordine menſam
Accedunt, ſancti fercla probantq; viri

Aurea Cæſariam cingebant pocula menſam,
Plenaq; erat placidis menſa parata cibis.
Accurrunt ſerui, pingues in prandia Gallos
Imponunt, pharias ſeriq; culina dapes.
Hic renouare ſonum volucres, renouare volatum
Incipiunt, lætis gaudia dantq; iocis.
Circumit in patinas veluti teſtudine facta,
Pars orbis pinguem vertit in ora dapem.
Albertus miratur aues, miratur & hortos
Turba Ducis, ſacri neſcia conſilij.
Delectent quamuis præſtani lilia campi,
Dentibus hæc potuit menſa placere magis.

Ruſtici ad Imperium vecti ſimplicitas. Caput 63.

IVſſerat vt nitidis ornarent mænia gemmis,
Ruſticus indiacum vectus ad imperium.
Regia iam tenuem ſpernebat menſa culinam,
Notaq; de ſamio condita vaſa luto.
Iamq; theatrali ſplendebant lucida pompa
Compita, phidiaca tectaq; ſculpta manu.
Iam non rurali terram ſcindebat aratro,
Miſſaq; erat getico nulla procella Noto.
Inclita patratas vrgebat gloria clades
Pingeret in patrijs vt Laberinthus agris.
Mandat Apelleo montem formare colore,
Seq; ſimul priſcas ante cubare caſas.

Pa-

Paſtor eram virides inquit qui paſcua in alpes,
Ducebam ac lybicos in fera tecta boues.
Meq; meoſq; vagas inter depingito frondes,
Fortunæ poſſim noſcere vt acta meæ.
Aggreditur formare boues cous, atq; figuram.
Regis in excelſi condere fronte loci.
Regia florenti circumdat tempora lauro,
Splendida apellea format & ora manu.
Circumit vmbroſos miratur & vndiq; vultus,
Si qua forte ſuæ deſit imago notæ.
Iamq; videbantur vario formata colore
Paſcua, & auricomum luderc velle ſitum:
Rex per diffuſos voluens dum lumina montes
Paſcua vt in patria iuſſa videret humo.
Nil videt errantes niſi per penetralia tauros,
Se tamen in priſco non videt eſſe loco.
Ne mirere ſuos nequijt ſi cernere vultus
Rex, namq; in ſomno nemo videre poteſt.

Suſpendiarius ſumpta S. Oſtia mortem euitat. Caput 64.

IN fami iam iam periturus morte petebat,
Porgeret æthereas qui ſibi latro dapes.
Queis ſumptis rigidus premeret cum membra ſatelles,
Porgeret extremam peneq; Parca luem.
Senſit inoptatam procul hinc procul eſſe ruinam,
Ipſaq; terrifico colla carere metu.

Con-

Conſtrinxit Chriſti poſtquam ſacra brachia funis,
Iam ſeruus in Domino deſijt eſſe ſuo.

S. Bernardus Tyrannum ſacra Hoſtia arcet à foribus templi. Caput 65.

O Buius indomito veniebat myſta Tyranno,
Sacra vetans ſolitis limina inire modis.
Iam licet inquit ego nullis ſim prouidus armis,
Inſenſoq; impar ſit mea dextra Duci.
Sacra tamen præbet venturæ robora pugnæ
Eſca, cruentatum puniet atque Ducem.
Cæleſtes rapit inde dapes, dextra, læuaq;,
Obuius æthereo ſitq; Tyrannus hero.
Cui Bernardus ait ſuperum qui Numina ſpernis,
Si potis es, noſtrum hunc ſpernere perge Deum.
Hinc reſupinus abit, tumidæ velut æſtuat vnda,
Dux, dubios inter ſoluitur atque metus.
Diceris optatæ toties medicina ſalutis,
Nunc tamen huic morbus non medicina fuit.

A ſacra Chriſti cœna exeſto iracunde. Caput 66.

I Nnocuus placidis agnus dum ludit in agris,
Herboſumq; ſuo dum capit ore cibum.
Euitat penetrent ſua ne per viſcera ſpinæ,
Neue mala inuentis mixta ſit herba cibis.

Ferre nec iratos potis eſt Deus agnus hiatus
Pungenteſq; inter non cupit eſſe vepres.
Aſſuetus teneris timet horrida iurgia rebus,
Cautus ab infenſis aufugit atq; lupis.
Aeſtiua pereant ſua ne præcordia flamma,
Quærit in vmbroſis poſſit vt eſſe locis.
Ira ſed inflatæ quia ceu maris æſtuat vndæ,
Agni naturæ ſe aſſociare nequit.
Diſcindenda lis eſt iratas proijce flammas
Munde tuas, mitis nam ſimul agnus eris.

Apes venerabili Sacramento ceream Domum ſtruunt. Caput 67.

CLauſerat aerio cæleſtia fercula partu,
Auſa Thieſteum dira Meliſſa ſcelus.
Nobiliora mei renuunt ſi dona labores,
Erriget inceptos hæc ait eſca fauos.
Mellitis inibi ſtabant loca pinguia ſuccis,
Plurimaq; indigenas cella ſouebat apes.
Gaudebant tantis quoq; fœta cubilia gazis,
Plenaq; odorifero florida prata tymo.
Hoſpitis aduentu plaudunt apearia tanto,
Obſequiumq; nouis indicat aura modis.
Fertur in hybleum lætis clamoribus antrum,
Aſſiduaſq; fugax occupat hora manus.
Cerea pars valido parat æmula tecta ſuſurro
Hoſpes & artifici conditur arce Deus.

Iamq;

Iamq; dies bis ſextus erat poſtquam inuida Chriſtum
Clauſerat inuentis diræ Meliſſa dolis.
Tactus ad huc nullo fuerat locus inditus auſu,
Fæmina ſola ſuæ conſcia fraudis erat.
Vrgens præcipitem dum ſors malecredula mentem,
Cerneret vt cupidos quos daret hybla fauos.
Hæret & aſpectô cadit inſcia, fæmina tectô,
Quemq; prius ſprevit, deflet, amatq; Deum.
Delectent ſuperum cum florida tecta Tonantem,
Non capiet vepres ſæue Luthere tuos.

S. Ioannes Bapt. In eremo Angelum Cuſtodem inuocat. Caput 68.

ESse mihi dubijs tutores ſidera rebus,
Quas mihi ſeu mundus, ſeu ſtygis hydra parat.
Tuq; meæ cuſtos animæ ſis fidus Achates,
Noſtra ne ſit rapidis pœna luenda rogis.
Innumeris fateor circundor ab hoſtibus, atram
Intentant varia qui mihi fraude luem.
Tu tamen ultatas dextra diſrumpito fraudes,
Vltoreſq; meos comprime, vince, neca.
Siue cibum capiam, ſeu dulcia ſomnia noctis,
Eſto comes vitæ tu tamen Angle meæ.
Sum varias inter pecudeſq; caneſq; lupoſq;,
Tu tamen has ſtolidas comprime, vince feras.
Ne maleſana ruat phlegetontis in antra iuuentus,
Proijce tela manu, comprime vince, neca.

Naue Charon extra exangues fert litora manes,
Septem fers proprijs tu tamen ipſe humeris.

Epitaphium in Funus amici. Caput 56.

Nox erat, ac noctis fuerat mihi nulla voluptas,
Nam mihi dura nimis ſors mea viſa fuit.
Aequiparare nouo cupiens ego tramite pondus,
Antiquum volucris ferret vt hora ſonum.
Mercedis tamen ipſe feram quæ præmia cernis?
Atra meos citius abſtuit hora dies.
Non mirum minata mihi ſi talia Parca eſt,
Mortis enim fuerat certior hora meæ.

De Eodem.

Si vitare necis cupiebas vulnera, notas
Debebas potius detinuiſſe rotas.

Theutilla Caſtitatis conſeruandæ gratia Amalium Ducem occidit. Caput 57.

Rapta erat e patria furtim Theutilla phalange,
virgo pudicitiæ exemplar, formaq; theatrum.
Quam cum peruerſus vidiſſet Amalius omnes
Protinus accenſas reuocans e pectore flammas,
Illicita caſtam violatum mente puellam
Ibat, peruerſo cupiens dare pabula cordi,

Inſanumq; nouo conuincere crimine pectus.
Hic Theutilla tamen quid agat, quid deniq; tentet
Neſcit vt antiquæ conſeruet robora famæ.
E ſtricto tandem iuuenilia brachia collo
Abſtrahit, & priſcum defendit voce pudorem.
Nox erat, & triſtem mærebant ſidera luctum,
Membraq; communem captabant languida ſomnum,
Et quoq; Amalius hic ſomno, vinoq; ſepultus.
Captabat tetræ communia munera noctis.
Interea totum circumdans illa cubile
Anxia quærebat gratam Theutilla medelam.
Oſtia clauſa videt munita cubilia ſtabant
Omnia, virgineos prohibentia vertere greſſus.
Obuia ſi foret haſta inquit, daret haſta medelam
Tutarerq; meæ cæleſtia munera famæ
Caſta pudicitiam diro Lucretia ferro
Defendit, ſpurcæ contemnens iurgia turbæ.
At quia nec ferrum mea nec quia robora proſunt,
Lucida propitios oſtendite ſidera vultus.
Fertq; quoq; auxilium peragrantia flumina, tandem
Vt fugiam extremæ miſeranda pericla ruinæ.
Viciſtis fragili pharaonica robora lympha,
Omnia ſpreuiſſet ſuperi cum dicta Tonantis,
Aequora vellet & armato tranſire duello.
Aſt quia recluſum penetrare cubile nequitis
Siſtite propitiam Virgo dabit ipſa medelam.
O Tutela meis ſemper virgo indiga rebus,
Oſtia clauſa domus pandas, tua Numina ſaltem

Me

Me doceant caſtæ vitare pericula formæ.
Dixerat afflicto virgo Theutilla palato
Talia, dum famæ pia cernens Virgo ruinam,
Applicuit dubio ſubitò ſua numina cordi.
Hoſtis namq; caput cernens Theutilla; repente
Miratur gladium, rapit ergo, ſecatq;, pudicæ
Defenditq; ſuæ cæleſtia munera formæ.
Hinc abitura videt famulam accelerare cohortem,
Peneq; præcipiti conſtringere brachia nodo
Anxius ad fidos dum Dux conuerſus amicos,
Infauſto talem ſubitus dedit ore loquelam.
Siſtite nulla piæ ſocij date damna puellæ,
Hanc ſuperi miſere necem, miſere ruinam.
Siſtite crudeli ne tangite viſcera ferro,
Aſtra mihi tanti retulere piacla doloris.

In Bacchanaliorum Vanitatem Amico ſuo Cariſſimo. Caput 58.

PRæteriere ioci, periere cupidinis arcus,
Feſtiuoſq; fugax ſuſtulit hora dies.
Omnia quæ læto placuerunt gaudia mundo,
Illa per infernos merſa fuere lacus.
O fortuna nimis, nimis o ſors improba; dono,
Namq; hodie præbes, cras velut vmbra rapis.
Mutant vina animos, corpus mutatur eiſdem,
Plus mutare tamen ſobrietas poterit.

De-

De natura, & Arte formicarum. Caput 59.

FOrmicæ magnas retinent in corpore vires,
Pluria cœleſtes dantq; talenta manus.
Semper enim grauido variant ſua tempora partu,
Aſſiduoſq; fugax occupat hora pedes.
Sub terra valido fabricant ſibi robore cællas,
Quas nec ventus agat, nec mala iactet hyems.
Adſtat in obſcuro cuſtos fidiſſimus antro,
Indigenam ſocijs addere iuſſus opem.
Tempore enim verno virides dum flora cothurnos
Monſtrat, & aerias ſuſtinet arbor aues.
Solicitæ gelidis vt pellant frigus ab antris.
Paſcat & exhauſtam præda petita gulam.
Aemula pars agros, pars denſa cacumina luſtrat,
Pars valles, pecudum pars fera tecta petit.
Nulla vacat Regis cunctæ ſed iuſſa ſequuntur,
Paſcitur inuento tota catherua cibo.
Aeger at anguſto Rex ſi decumbit in antro,
Sedula fert medicas ſubdita turba manus.
Si moritur, lacrimans defuncti plena dolore,
Mortua fatali corpora claudit humo.
Diſtinctas etenim retinent longo ordine, ſedes
Atq; ſepulchra ſuis apta cadaueribus.
Feruet opus, leges nullæ tranſcendere tentant,
Nulla ſibi vetitos audet adire ſpecus.

Fer-

Fertur & has paruo quamuis ſint corpore, ſemper
Emendicato viuere poſſe cibo.
Vos igitur tantæ ne ſpernite robora gentis,
Robora, quæ herculeis apta fuere iugis.
Nam licet ingenium ſplendeſcat in arte, videri
Non formica poteſt, forma ſed ampla mihi.

Virtutis Pulchritudo. Caput 60.

VIrtutis generoſa nimis quid præmia proſint,
Quaſq; ferat patulus non capit Orbis opes.
Ardua ſit quamuis; duros monſtretq; labores,
Sæpe iocos renouat damnaq; ſæpe fugat.
Delectat lentam repetita hæc ſæpe ſenectam,
Spargit & intacto magna talenta ſinu.
Præuidet humanis quæcumq; patrantur in oris,
Atq; aſſueta bonis nil nouitatis habet.
Irridet monumenta hominum, mentemq; caducam
Perpetuos ſemper cum gerat illa dies.
Non cupit argentum, nullum quoq; poſſidet aurum,
Artibus auratos ſed facit ipſa ſuis.

Libertatis Pernicies. Caput 61.

IN mea dicta ruunt magnorum Numina Regum,
Spargitur inſano gloria noſtra Noto.
Libera ſed nimis hæc mens eſt, & opinio vana
Procreat innumeras noſtra ruina neces.

Exi-

Exitium porto, ſocijs incendia turbis
Et pario, & triſtem deniq; trado luem.
Me mea regna decent, titulis depaſcor eiſdem,
Vſa quibus dudum Roma ſuperba fuit.
Cauſa fui toties Martis cur arma ferantur,
Cur laudent noſtros ſidera, terra ſinus.
Me coluere Duces, Regum me ſacra bearunt
Numina, & infenſis damna tulere viris.
Te ſolam dicis mundi, pelagiq; patronam,
Ex vno toties cur fugis ergo loco?

Guilhelmus Imperator a S. Alberto cum tota eius aula ad prandium Inuitatur. Caput 62.

Romuleas Guilhelmus erat peruentus ad oras,
Inclita Romulei ſpeſq;, decuſq;, ſoli.
Albertus quam forte videns magno agmine cinctum,
Ad ſua mox aulæ tecta venire iubet.
Iam glacialis hyems triſtes conſtrinxerat alpes,
Duraq; concretas vnda tenebat opes.
Aduena qui ſolito deferret nuncia more
Nullus erat, rigidum nil niſi frigus erat.
Aſſuetos cantus volucres aſſuetaq; pabla
Spernebant nimio corda cremante gelu.
Cœli erat & tellus niueali plena procella,
Detentaſq; Notus ferre nequibat opes.

Un-

Vndiuagis ſtrictus recubabat piſcis in oris
Inde dabant celerem lympha, procella necem.
Arboribus glomerata ſimulq; cacumina ſtabant,
Deflebatq; ſuas Arbor opaca comas.
Rex venit, ſolitaq; virum comitatus ab aula;
Pompoſa Alberti tecta videre parat.
Aſt hic non gelidæ apparebant ſigna pruinæ
Nec demebat opes terra benigna ſuas.
Omnia ridentes monſtrabant namq; virores,
Plenus odoratis floribus hortus erat.
Aemula præſtanos currebat flora per agros,
Ferret vt auratis florida ſerta comis.
Sed quid ago? vario ſplendebat terra colore,
Plenaq; erat varijs fertilis herba feris.
Iam Philomela ſuo penetrabat lucida cantu
Sidera, lætitiæ dans noua ſigna ſuæ.
Garrulus vmbroſis errabat miluus in vlmis,
Conſortiaſq; ſua voce vocabat aues.
Candida per virides prodibant lilia campos,
Mixtaq; erant gelidis grata roſeta vadis.
Omnis in inſolitis ſpectabat tempora pratis,
Plenus erat dubijs Duxq; cohorſq; animis.
Accedunt igitur, diſtinctas frondibus vlmos
Nudant, ac dempto cortice viſa probant.
Itaq; tot ſignis hærent cauſamq; videre
Mens agitata cupit, ſtat ſtupefacta cohors.
Aſſurgunt, lautam diſtincto hinc ordine menſam
Accedunt, ſancti fercla probantq; viri

Aurea

Aurea Cæſariam cingebant pocula menſam,
Plenaq; erat placidis menſa parata cibis.
Accurrunt ſerui, pingues in prandia Gallos
Imponunt, pharias ſertq; culina dapes.
Hic renouare ſonum volucres, renouare volatum
Incipiunt, lætis gaudia dantq; iocis.
Circumit in patinas veluti teſtudine facta,
Pars orbis pinguem vertit in ora dapem.
Albertus miratur aues, miratur & hortos
Turba Ducis, ſacri neſcia conſilij.
Delectent quamuis præſtani lilia campi,
Dentibus hæc potuit menſa placere magis.

Ruſtici ad Imperium vecti ſimplicitas. Caput 63.

IVſſerat vt nitidis ornarent mænia gemmis,
Ruſticus indiacum vectus ad imperium.
Regia iam tenuem ſpernebat menſa culinam,
Notaq; de ſamio condita vaſa luto.
Iamq; theatrali ſplendebant lucida pompa
Compita, phidiaca tectaq; ſculpta manu.
Iam non rurali terram ſcindebat aratro,
Miſſaq; erat getico nulla procella Noto.
Inclita patratas vrgebat gloria clades
Pingeret in patrijs vt Laberinthus agris.
Mandat Apelleo montem formare colore,
Seq; ſimul priſcas ante cubare caſas.

Pa-

Paſtor eram virides inquit qui paſcua in alpes,
Ducebam ac lybicos in fera tecta boues.
Meq́; meoſq́; vagas inter depingito frondes,
Fortunæ poſſim noſcere vt acta meæ.
Aggreditur formare boues cous, atq; figuram.
Regis in excelſi condere fronte loci.
Regia florenti circumdat tempora lauro,
Splendida apellea format & ora manu.
Circumit vmbroſos miratur & vndiq́; vultus,
Si qua forte ſuæ deſit imago notæ.
Iamq; videbantur vario formata colore
Paſcua, & auricomum ludere velle ſitum.
Rex per diffuſos voluens dum lumina montes
Paſcua vt in patria iuſſa videret humo.
Nil videt errantes niſi per penetralia tauros,
Se tamen in priſco non videt eſſe loco.
Ne mirere ſuos nequiji ſi cernere vultus
Rex, namq́; in ſomno nemo videre poteſt.

Suſpendiarius ſumpta S. Oſtia mortem euitat. Caput 64.

IN fami iam iam periturus morte petebat,
Porgeret æthereas qui ſibi latro dapes.
Queis ſumptis rigidus premeret cum membra ſatelles,
Porgeret extremam peneq́; Parca luem.
Senſit inoptatam procul hinc procul eſſe ruinam,
Ipſaq; terrifico colla carere metu.

Con-

Conſtrinxit Chriſti poſtquam ſacra brachia funis,
Iam ſeruus in Domino deſijt eſſe ſuo.

S. Bernardus Tyrannum ſacra Hoſtia arcet à foribus templi. Caput 65.

OBuius indomito veniebat myſta Tyranno,
Sacra vetans ſolitis limina inire modis.
Iam licet inquit ego nullis ſim prouidus armis,
Infenſoq; impar ſit mea dextra Duci.
Sacra tamen præbet venturæ robora pugnæ
Eſca, cruentatum puniet atque Ducem.
Cæleſtes rapit inde dapes, dextra, læuaq;,
Obuius æthereo ſitq; Tyrannus hero.
Cui Bernardus ait ſuperum qui Numina ſpernis,
Si potis es, noſtrum hunc ſpernere perge Deum.
Hinc reſupinus abit, tumidæ velut æſtuat vnda,
Dux, dubios inter ſoluitur atque metus.
Diceris optatæ toties medicina ſalutis,
Nunc tamen huic morbus non medicina fuit.

A ſacra Chriſti cœna exeſto iracunde. Caput 66.

INnocuus placidis agnus dum ludit in agris,
Herboſumq; ſuo dum capit ore cibum.
Euitat penetrent ſua ne per viſcera ſpinæ,
Neue mala iuuentis mixta ſit herba cibis.

Ferre nec iratos potis eſt Deus agnus hiatus
Pungenteſq; inter non cupit eſſe vepres.
Aſſuetus teneris timet horrida iurgia rebus,
Cautus ab infenſis aufugit atq; lupis.
Aeſtiua pereant ſua ne præcordia flamma,
Quærit in vmbroſis poſſit vt eſſe locis.
Ira ſed inflatæ quia ceu maris æſtuat vndæ,
Agni naturæ ſe aſſociare nequit.
Diſcindenda lis eſt iratas proiice flammas
Munde tuas, mitis nam ſimul agnus eris.

Apes venerabili Sacramento ceream Domum ſtruunt. Caput 67.

Clauſerat aerio cæleſtia fercula partu,
Auſa Thieſteum dira Meliſſa ſcelus.
Nobiliora mei renuunt ſi dona labores,
Erriget inceptos hæc ait eſca fauos.
Mellitis inibi ſtabant loca pinguia ſuccis,
Plurimaq; indigenas cella fouebat apes.
Gaudebant tantis quoq; fæta cubilia gazis,
Plenaq; odorifero florida prata tymo.
Hoſpitis aduentu plaudunt apearia tanto,
Obſequiumq; nouis indicat aura modis.
Fertur in hybleum lætis clamoribus antrum,
Aſſiduaſq; fugax occupat hora manus.
Cerea pars valido parat æmula tecta ſuſurro
Hoſpes & artifici conditur arce Deus.

Iamq;

Iamq; dies bis ſextus erat poſtquam inuida Chriſtum
Clauſerat iuuentis dira Meliſſa dolis.
Tactus ad huc nullo fuerat locus inditus auſu,
Fæmina ſola ſuæ conſcia fraudis erat.
Vrgens præcipitem dum ſors malecredula mentem,
Cerneret vt cupidos quos daret hybla fauos.
Hæret & aſpectu cadit inſcia, fæmina tecto,
Quemq; prius ſprenit, deflet, amatq; Deum.
Delectent ſuperum cum florida tecta Tonantem,
Non capiet vepres ſane Luthere tuos.

S. Ioannes Bapt. In eremo Angelum Cuſtodem inuocat. Caput 68.

ESto mihi dubijs tutores ſidera rebus,
Quas mihi ſeu mundus, ſeu ſtygis hydra parat.
Tuq; meæ cuſtos animæ ſis fidus Achates,
Noſtra ne ſit rapidis pœna luenda rogis.
Innumeris fateor circundor ab hoſtibus, atram
Intentant varia qui mihi fraude luem.
Tu tamen allatas dextra diſrumpito fraudes,
Vltoreſq; meos comprime, vince, neca.
Siue cibum capiam, ſeu dulcia ſomnia noctis,
Eſto comes vitæ tu tamen Angle meæ.
Sum varias inter pecudeſq;, caneſq;, lupoſq;,
Tu tamen has ſtolidas comprime, vince feras.
Ne maleſana ruat phlegetontis in antra iuuentus,
Proijce tela manu, comprime vince, neca.

Te Duce felici ſuccedent omnia fato:
Nulla dein gelidi cauſa timoris erit.
At tranquilla quies, tranquillæ gaudia pacis
Semper erunt, noſtris donaq; mixta bonis.
Quid Bacchi ſuccus, quid Creſi prandia, ventri
Gratior vnda meo eſt, gratior herba cibus.
Voſq; fauete meis tandem vaga ſidera rebus,
Cæli dum ſeries me quoque ſidus agat.

S. Ioannes Baptiſta illæſus inter feras Vox clamantis in deſerto. Caput 69.

IOannes pecudes habitet licet inter, & vrſos,
Inferaq; aſſiduos procreet hydra metus.
Forma tamen nullum monſtrat veneranda timorem,
Nilq; poteſt ſtructis infera larua dolis.
Tutus enim celſis nutritur in alpibus hoſpes,
Tutus & indomitas noſcit, amatq; feras.
Larua ait innumeris licet atq; Acheruntica damnis
Pluria mellita fraude venena paret.
Eſſe tamen tenuem me non cognoſcet alumnum,
Voce ego nam clamans, vir quoq; fortis ero.

Finis Libri Tertij.

LIBER VLTIMVS DE VARIIS.

Admodum Reuer. in Chriſto Domino D. Ottoni Schmidmario

Canonico atque cuſtodi Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ & Euangel. Ratiſponæ

In ſuperiori Germaniæ Bauaria Patruóque ſuo plurimum honorando, ac amando dicatum. Caput I.

MVſa tacere tuum pariter vetat æmula nomen,
Aſſueta humanos ſemper amare viros.
Quæ tener aonio didici tibi munera cantu
Offero virtutis non aliena tuæ.
Ergo meum quem læta tibi dedit illa libellum,
Exiguum quamuis hunc veneranter ama.
Videris in noſtro, & ſi quid peccaſſe labore,
Me vel figmentis obtenebrare meis:
Id poteris luſtrare tuo dans lumina vultu,
Nam fient ſolita lucidiora die.
Spondet enim fortuna dabit ſi proſpera vitæ
Tempora, coniuncto ſe fore amore parem.

Eiuſdem explicabo Inſigniorum. Caput 2.

COrnua fronte gerit triſti Cadmæus in vnda,
Vertit quem in timidam ſæua Diana feram.
Stat canis erectis pedibus, ſeuoq; relicti
Conatur Domini demere dente dies.
Eſt vindicta canis, vitæ ſunt cornua longæ
Simbola, ſis felix, viue igiturq; diu.

Querimonia Piſcis Danubiani. Caput 3.

CVm glacialis hyems gelidas conſiſteret vndas,
Clauderet & varium frigida lympha ſinum.
Lætus ego placidis errabam totus in vndis,
Grataq; quæſitum lympha cubile dabat.
At nunc quot pænæ volitant, quot vulnera mortis
Sentio? nulla quies eſt mihi, nulla ſalus.
Infauſtas quamuis fugiam tot tela per oras,
Viſa tamen fauces concitat eſca meas.
Reſpuo ſi pablum, turpis me torquet egeſtas,
Si capio celerem dat ſimul eſca necem.
Nulla mihi requies ſupereſt, parat vtraq; mortem
Machina, & exequias fert mihi Parca pares.
Qui prius audebat noſtris ſe credere lymphis,
Sedulus ille meam quæritat arte luem.

Re-

Retia mittit aquis, donec noſtrum inſcia tendant
Agmina viſcoſo non ſaturata cibo.
Hos punire tamen nequeo ſi viribus hoſtes,
Quo punire queam mens dabit ipſa modum.
Nam rurſus noſtras accedet ſi retibus oras
Piſcator, piſcis non ero, peſtis ero.

Piſcator in aquis Danubianis noctu piſcans ſubmerſus. Caput 4.

DVdum ego tendebam vndiuago qui retia piſci,
Inſidias quales en ſtruit vnda mihi?
Lucida perluſtrans nocturnas luna phalanges,
Vrgebat cupidas ad noua lucra manus.
Promptus dum in gelidas ornatus retibus vndas
Proſilij, optatas hic ratus eſſe feras.
At nimis iſta mihi viſa eſt fortuna nouerca,
Retia nam lucrum quale dedere vides.

Pſytacus auis Sanctos inuocat. Caput 5.

PSytacus aethereas cum ſe libraret in auras,
Profugus e indiaca qui reuolabat humo.
Senſerat accipitrem ſibi iam pene eſſe propinquam,
Indiga languenti præda futura fami.
Ille ſed immenſas nequiens penetrare per auras,
Inuocat ignotas in ſua vota manus.
Eſto Thomas inquit noſtra defenſio vitæ;
Auxiliatrices tu mihi porge manus.

Dixit & infenſas delabi eſt viſa per auras
Accipiter, nimio pene perempta metu.
Pſitacus ipſe licet videatur, at eſſe negabis,
Doctiloquus potius namq; vocandus erit.

Peregrinus in Valle Ioſaphati moribundus. Caput 6.

QVid mihi vindelici retulere palatia campi,
Profuit Ionij quid mihi lympha maris?
Aſſirias ſpectaſſe domos, ſpectaſſe ruinas
Non ſatis eſt, me ipſum nam docuere mori.
Culta licet partas monſtret Babylonia clades,
Dilatetq; ſuos Perſica terra ſinus.
Cuncta tamen vario cernunt ſe cincta timore,
Ipſa domus tumulum ſe videt eſſe ſibi.
Non opus hanc fuerat vallem vidiſſe profundam,
Poſt mea nam rurſus cernere fata licet.

Ad Deiparam Muſei Cuſtodem. Cap. 7.

HOs ego conſtanti voluo dum mente libellos,
Rore tuo ingenium ſpargito virgo meum.
Tempus enim meliora dabit ſi dogmata, noſtræ
Quæſitæ pariter pars tibi laudis erit.

Infans à Matre relictus à Feris nutritur. Caput 8.

CVm varios ſequeretur apros venator, & ingens
Eſſet in alpeſtri præda futura loco.
In-

Inſonuere cauæ puerili murmure valles,
Stridulaq; effuſos reddidit aura ſonos.
Audijt hinc gemitus venator, & vndiq; quærens,
Hic ſibi adoptatos iam ratus eſſe ſpecus.
Cernit in vmbroſo diuortia magna ferarum
Ceſpite, & ocluſo cuncta cohire ſinu.
Inde videt tenerum lacrimantem in gramine natum,
Huncq; ſuo ſtolidas lacte creare feras.
Hinc ait optatis careat cum dextra rapinis,
Gratior eſt ipſis hæc mihi præda feris.
Irrita ſint igitur mundi præconia, namq;
Quæ deberet homo, bruta ſubire queunt.

Deipara inter ſtellas depicta. Caput 9.

Lucentes circum volitant tua tempora ſtellæ,
Iure ego te lunam dicere Virgo queo.

Ionathas Regis filius Virga mellis foueam percutiens vires recuperat. Caput 10.

Cinxerant longi Ionatham labores,
Corpus æſtiua cruciabat ardor
Lampade, auratis ſuberat lacertis
Nilq; decoris.
Ipſa torquebat furibunda ventrem
Iam fames, Bacchi deeratq; ſuccus,
Aegra præruptos ſuperare montes
Membra nequibant.

Inter hos ergo dubius dolores,
Atq; funeſtas animi ruinas
Dum iacet, ſparſos rapidiq; deflet
Aeris aeſtus.

Reſpicit ſi quem daret vnda potum,
E plagis præceps rueret vel amnis
Poſſet effuſo ſibi qui liquore
Labra rigare.

Aſt ibi nullus refluebat amnis,
Nulla monſtrabat ſterilis fluenta
Lucus, his ſiccis aderant in aruis
Nil niſi glebæ.

Ergo quid mæſtus faciat reuoluit,
Qua queat diræ properata mortis
Tela vitare, ac renouare vires
Quæritat artem.

Percutit virga placidos liquores
Mellis, hybleam mouet, & lacunam,
Inſcius clauſæ Ionathas medelæ,
Inſcius artis.

Cernit hinc priſcos reuirere ſenſus,
Rurſum & ammiſſas habitare vires,
Atq; perfractis animi carere
Membra ruinis.

Lætus aſſurgit ſtupefactus Heros,
Ipſa miratur nemoris fluenta,
Gaudet optata pariter quiete,
Robore gaudet.

Ta-

Talis & Chriſti famulos perornat
Gratia, afflictis requiemq; donat.
Sacra qui mundo cupiunt palato
Summere fercla.
Iure te mellis voco Chriſte libum,
Namq; fel poſtquam retulit ſatelles,
Nil, niſi dulces refluunt ab ipſo
Ore liquores.

Adami lacrimæ. Caput 11.

GAudebam innumeris terræq; poliq; talentis
Omnis erat noſtro ſubdita terra iugo.
Nouerat Adami nomen genus omne ferarum,
Machina erat iuſſis prompta miniſtra meis.
At mea nunc quò vita ruis quo pergimus ambo?
Heu malefida mihi ſpes malefida ſalus?
Ah meritas quoties numerabit poſtera pœnas
Aetas, quæ noſtri non erit ira mali?
Iuſtus eram ſuperis hoſpeſq; ſimilimus aſtris,
Me ſine mundanas nil erat inter opes.
At morbi veniunt, veniunt nunc tempora, queis me
Oſſea deuictum cedere Parca iubet.
Iamq; ſuos vertunt in nos elementa furores,
Orbis erat famulus qui mihi, tortor adeſt.
Femina molle genus ſubito procliuior Euro,
Sola fuit vitæ tanta ruina meæ.
Debueram renuiſſe cibum, ſimul arboris auſum,
At medicina nimis ſero parata mihi eſt.

Nunc

Nunc te poſteritas moneo eſſe id fraudis abuſum,
Nam malum cum ſit non bona ferre ſolet.

Deipara Infernalem Draconem conculcans. Caput 12.

EMicet e putrido quamuis vapor igneus ore,
Indicet infernos atq; vorago metus.
Læta tamen caſtis conculcat viſcera plantis,
Spernit; & illatas ore in hiante minas.
Occiduas ſuperat quia lucida luna tenebras,
Conatus poteris claudere & Orce tuos.

Præco ſuſpendiarium conſolans ridiculum ab eo reſponſum accipit. Caput 13.

HOrtari ſolito cupiens de more timentem,
Talia præconem verba dediſſe ferunt.
Tu ne cede malis, ſtygias nec deſpice terras,
Reſtant dona animo nobiliora tuo.
Ieiunis phaſias guſtabis faucibus eſcas,
Splendidiorq; tuis vita erit exequijs.
Dixerat hæc præco, quoq; fur dum talia fatus,
Ergo meam dixit tu tibi ſumme vicem.
Riſit dicta cohors pariter reſponſa Senatus,
Te ridere tamen plus nequiſſe putas?

Apel-

Apelles ſtatuam quam fecerat admiratus præ riſu moritur. Caput 14.

V T variam pingendi artem monſtraret Apelles,
Ridentem in tabula pingere cœpit anum.
Aures, atq; oculos tam docta expreſſerat arte,
Oraq; tam celebri pinxerat arte color.
Vt naſum faciemq; ſuam miratus, ad orci
Debuerit riſu tendere triſtis aquas.
Vos igitur tenuem qui dicitis eſſe ſenectam
Siſtite, nam viuos vincere picta poteſt.

De eodem.

S Cire cupis lector pereat cum Pictor Apelles?
Immodicos odit macra ſenecta iocos.

Mortis exilium. Caput 15.

O Mortis pietas, fideſq; quantos
Quis mundi Dominos, Duceſq; noſtro
Hoc tandem voluit necare telo?
Omnes diuitiæ, ſituſq; Regum,
Omnis planities, locuſq; cunctus
Sub noſtris iacuit retentus iris.
At nunc quæ regio, locuſve qualis,
Qui noſtras timeat minas, vel ictus?

Explodor proprijs miſella ab aruis.
Contemnor iaceo retenta turmis;
Heu Mortis pietas, fideſq; ? ſicne
Regalis grauitas peribit, ergo
Qui regnet populos, fugetq; mortem;
Iam mundo ſuperi dedere ciues?
Non horum timeo minas, nec ictus,
Non vincet tenuis perenne pectus
Fortuna, in ſtygias redire lymphas,
Non coget Radamantus, atq; Iaſon,
Sed priſco peragrans timore mundum,
Turbabo populos, Duceſq; legum,
Vt ſi quid cupiant, petantue, noſtris
Vtantur furijs, timore noſtro.
En quales pario rebellis iras?
Vt pellam propriæ iugum coronæ,
Quæ dudum fueram redibo victrix,
Nam gratas pariet Meduſa ſedes.
Non exul fugiam, timenda turbas
E noſtris potius fugabo terris.
En quales pario rebellis iras?

S. Hugoni Chriſtus in Forma pulcerrimi Infantis apparet. Caput 16.

Hugonis ſuperus penetrarat in abdita Pubes,
Pergeret aſſiduas cum dare lingua preces:

Sum-

Sumere quem iuſſus foret hæc mihi gratior inquit
Eſca, daret Cereris ſi caro viſa dapes.
Nec mora mortali nudatur ab indole pubes,
Mutatoq; nouum ſert Deus ore cibum.
Quid mirum? Aligeris quia panis diceris, Hugo
Cæleſti dignum ſe quoq; pane putat.

S. Honoratus a Chriſto Sacram Hoſtiam in Miſſæ ſacrificio accipit.

Caput 17.

Porgeret celſo ſua cum Tonanti
Vota, diuinus faceretq; ſacrum
Myſta, cæleſti cupidus ſalute,
Nauſeus Orbis.
Hæſit aſpecta dubius ſynaxi,
Inq; ſacratas meditatus eſcas,
Protinus talem retulit pauenti
Ore loquelam.
Ergone indignis manibus perennes,
Tangere audebo ſceleratus eſcas?
Tuq; tam dirum patieris inquit
Chriſte miniſtrum?
Te timet quid quid reperitur inter,
Vel Poli ſedes, pelagi vel vndas,
Procreat toti pariter quod Orbi
Fertilis humor.

Non erit tanti mihi cauſa damni
Dextra, non coget ſuperos cupido
Vt cibos ſummam, vetiti migrare
Hinc procul auſus.
Hæc Honoratus dubia reuoluens
Mente, ſacratam ſubitus ſynaxim
Corripit, tantas negat at paratis
Faucibus eſcas.
Non procul Chriſti ſacra imago ſtabat,
Quæ pium cernens animi timorem
Errigit dextram, timidoq; libum
Inijcit ori.
Iure Honoratus retulit benignas
Has Dei grates, cupiebat iſtos
Namq; præclarum poſitum ſub annis
Nomen amores.

Domino Ambroſio Lucino, ac Gilardo Cognato ſuo Amantiſſimo. Cap. 18.

Non negat eſſe ſuis meritum te Muſa talentis,
Sed cupit æquali viuere, & eſſe choro.
Sis conſtans illasq; igitur ne deſpice, viuus
Si vis eſſe duos inter amice polos.

Ad quemdam à Vipera læſum. Cap. 19.

Ignotus proprijs canibus diſcerpitur Heros
Hactæon formæ naufragus ipſe ſuæ.

At

At tu dum terram liquidas ſcrutaris & vndas,
viperæ te refugum dente tenace notat.
Cauſa ſubeſt, lympha dum te putat eſſe Deaſtrum,
Prompta cupit madido baſia ferre pedi.

Diues Epulo Inter Inferos Depictus. Caput 20.

FLebilis vltrici reſonat de gurgite flammæ
Vox, Acheronteis vndiq; ſepta rogis.
Ferte citi clamat properatis paſſibus vndas,
Pellat vt ardentem gutta benigna ſitim.
Vos torto magnum peragrantia tramite mundum
Flumina, mananti extinguite rore focum.
Noſtra etenim nimio langueſcunt membra, calore
Internoq; meum læditur igne caput.
Heu liceat ſaltem, mihi tot quia flumina deſunt,
In minimo ſiccam fonte rigare gulam.
Poſcere pergit opem, miſeris inſtatq; querelis,
Sæpe rogata tamen gutta negata fuit.
Stabat enim e ſupera deſpectans lazarus aula,
Quem madidos toties viderat ante fores.
Huius poſcit opem, diuinaq; Numina poſcit,
Tantum ait exhauſtis parua ſit vnda labris.
Irrita vota tamen ſunt, & ſuſpiria, namq;
Quam toties ſpreuit lympha, petita fugit.

Deipara ante Crucem Lacelmans. Caput 21.

STat genitrix nimio nati perteſa dolore,
Maternuſq; diu ſolicitatur amor.
Sæpe genas varijs meditatur mæſta querelis,
Sæpe cruentatos intueturq́; pedes.
Dulcia ſanguineis modo porgit, & oſcula plantis,
Dumq́; crucem deflet, poſtulat illa crucem.

Omnia ab vno momento Pendent Imaginis deſcriptio. Caput 22.

OMnia ab exiguo pendent mortalia filo,
Siue Poli requies, ſiue ſit atra lues,
Angelicas inter ſtat turba beata cohortes,
Grata cui ſemper cura ſalutis erat.
Infernis pariter cruciatur perdita flammis
Turba, meduſæis vndiq́; cincta feris.
Falce etenim mortis percuſſa elabitur ætas,
Hæret & in medijs mens crucianda rogis.
Noſter adeſt genitor, pomi quem praua cupido
Ardua crudelis ſub iuga mortis agit.
Monſtrat & infauſtos infelix arbor hiatus,
Momento didicit pro quibus eſſe miſer,

Epitaphium veris. Caput 23.

VEr iacet hic nudas cinxit quod frondibus vlmos ;
Præbuit exhauſtis lilia quodq; plagis .
Flora ſuas iam deflet opes viridantia linquit
Culmina , & antiquam quærit anhela caſam .
Iam non Hybla ſuos monſtrat rubicunda colores ,
Ingemit abreptos ſed male pulſa dies .
Ah pietas veris ſola hæc ſuſpiria reſtant ,
Sola oculis deſunt viua fluenta meis ,
Cum pereunte perit tellus , violæq; , roſæq;
Emigrat e noſtris grataq; flora plagis .
Quiſq; nouos pandit luctus , ſuperoſq; fatigat ,
Aſtra negant ſolem , terra recuſat opem .
Iam non Narciſos propert natura ſed ipſa .
Pergratos claudunt ſqualida prata ſinus .
Omne pecus rauco ſua quærit tecta boatu ,
Nullaq; ſiluiuagas ſuſtinet arbor aues .
Diſceptanda lis eſt veris rurſum ardeat aetas ;
Ferraq; venturum deſine flere Ducem .

Deipara ad Cælos itura . Caput 24.

HVmanos exoſa dies , exoſaq; ritus ,
Infelix terræ deſerit imperium .
Cinctaq; ſiderea petit atria celſa cohorte ,
Inclita ſtellati gaza futura Poli .

At cur Aligeri ſtent extra limina quæris?
Cauſa eſt nam cæli Ianua Virgo venit.

Deipara cum Filiolo in naui dormiente circumq; varij piſces enatantes. Caput 25.

Hanc circũ ſtabilem natitant fera monſtra carinã,
Obſequium Deo ferre, referre parant.
Has quoq; ſtat placidas inter lupus æmulus vndas,
Dum facit iſta tamen non lupus eſſe poteſt.

Ad lymphas Maris. Caput 26.

Iure potes iam lympha maris defendere nomen,
Imperium firmat namq; Maria tuum.

Ad S. Ioſephum. Caput 27.

Dormit in ambroſio tua dum ſtirps, pulcbra grabrato,
Luna refert ſolitas dumq; Ioſephe faces.
Gratuitam nato quæris quoq; ſedulus auram,
Sed quid opus? maria hæc virgo domare poteſt.

Cur Nauis eos portans ſemper in vno ſtet loco. Caput 28.

Hæreat æquoreis quæris cur puppis in vndis?
Cauſa eſt namq; vnquam pondera tanta tulit.

Par-

Parnaſſus Quem Dea ſapientia Nobili ac Clariſſimo Viro Ioanni Murro Landishutano Boio cum anno 1623. a Nobili Clariſſimoq; Viro Domino Ferdinando Vvazenegger I. V. D. Profeſſore ordi. &c. eiuſdem facultatis publice Doctor renunciaretur, applaudere fecit. Caput 29.

Viderat humanis ſapientia qualia terris
Signa daret Murrus, quam læto triſtia vultu
Sperneret, emeritos cupiens virtutis honores.
Dum patrias feſtina vocans in tecta ſorores,
Melpomenem, Caſtam Naim, doctamq; Thaliam,
Quas violas inter, tinctoſq; viredine campos,
Alma ſub vmbroſis Aurora reliquerat vlmis.
His iubet vnanimi præconia pandere cantu
Huius, & ingenuas ad ſidera tollere laudes.
Veſtra ait Aonio præcordia plena liquore
Exultent Muſæ, veſtrum Venerabile rurſus
Floreſcat numen, gelidæ ceſſere pruinæ,
Et glacialis hyems, quibus inſtar carceris, altæ,
Parnaſſi colles miſeras ſubiere ruinas.
Iam rurſus gracilis feſtiuos Flora cothurnos
Monſtrat, odoratis lætantur & omnia pratis.
Tempus adeſt ſolitos, quo vos renouare benignus
Mandat Apollo choros, voceſque inflectere cantu.
Magnus enim eſt animo MVRRVS, pietate, fideque
Illius occultas mundo prædicite laudes.

Tuq́; Erythræa prior ſtudiorum à laude ſuorum
Principium facito, reliquæ vos denique Nymphæ,
Iudicium ſublime dedit, quibus ætheris Auctor,
Veſtram itidem noſtris coniungite verſibus artem.
Vix ea deſierat Sapientia; territa dictis
Quando Erythræa ſuis talem dedit ore loquelam.
Quo me fata trahunt? tanti laudare ne dotes
Poſſit Nympha viri? meliorem encomia vatem
Expectent terris ſuperum me tradidit æther.
Non vt præclaras inculto carmine laudem
Heroum mentes, nec me genuere parentes,
Grandis, vt inculto decreſcat gloria cantu.
Magnus enim eſt animo, magnus quoq; pectore Murrus,
Cui fortuna dedit tam docto attingere greſſu
Culmina virtutis, calliganteſque tenebras
Ingenio ſuperare ſuo, non, paſſibus æquis,
Vilia cum doctis iunguntur carmina rebus.
Dicite vos Muſæ veſtris fortaſſe triumphant
Carmina pectoribus meliora meis, MVRROque
Gratior intentus, quam fama videbitur auſus.
Sic effata, locum meliori Nympha Poetæ
Liquit, & hinc patrijs iterum ſe tradidit vndis.
Interea varios voluens ſub pectore caſus
Melpomenes, doctoq́; parans ſua carmina cantu
Rupit in hos dulces odioſa ſilentia verſus.
Illum ego perpetui cingam diademate honoris,
Aequaleſque meas faciam laudando Camœnas.
Viue diu felix, pacato viuito corde,

Ver-

Verſibus æterno noſtris laudabere in æuo,
Vatidicæ proſunt mea ſi quid carmina linguæ.
Dulce tibi vigilare ſopor, requieſcere languor
Sæpe fuit, magnas incluſo pectore dotes
Demonſtrans, venturæ ſigna perennia vitæ.
Diſcite ab hoc dubios virtutis quærere portus,
Duraque conſtanti ſectari prælia greſſu.
Cura cui ſemper ſtudiorum grata ſuorum,
Ante oculos verſans poterat ſibi forte videri
Ardua fronte nimis, nimis? ah nimis ardua certe
Viſa foret, magno ni pectore cuncta tuliſſet.
Viue diu felix pacato viuito corde,
Verſibus æterno noſtris laudabere in æuo,
Vatidicæ proſunt mea ſi quid carmina linguæ.
Horreſcant alij ſacratæ caſtra Mineruæ,
Dentque timore manus, viſis cedantque periclis
Hic opus, hic labor eſt, non omnes triſtia læto
Spectant intuitu, montis petit ardua nemo
Culmina, in exiguo didicit qui viuere tecto.
Viue diu felix pacato viuito corde.
Vincere magnanimum eſt durũ, quod monſtrat & ar-
Fortunæ curſus, tenui decumbere in vmbra, (ctum
Ac dulces captare ſonos monumenta quietis,
Non eſt crede mihi generoſæ mentis imago.
Viue diu felix pacato viuito corde
Verſibus æterno noſtris laudabere in æuo,
Vatidicę proſunt mea ſi quid carmina linguæ
Viue diu felix pacato viuito corde.

Senex & Mors. Caput 30.

Ligna ſenex nimio ferret cum ſciſa labore,
Seq́; ſimul durum ſæpe grauaret onus.
Perteſus vitæ vocat in diſcrimina mortem,
Deſperans animo poſſe valere ſuo.
Ferre ego cum nequeam proprio mea vertice ligna,
Præbita ſint tantis vltima fata malis.
Non procul à teneris latitabat Parca roſetis,
Cauta ſibi meditans præbita verba ſenis.
Quæ clauſo poſtquam velox prorupit ab antro,
Prompta ait auxilio ſum modo facta tuo.
Tantane te famæ tenuit fiducia noſtræ?
Dic age namq; tuis ſum medicina malis.
Ora ſenex oculoſq́; nouo perteſa timore
Dum videt, & Mortis non procul eſſe viam.
Protinus adſtantem poſſit qua fallere Parcam,
Quæritat indigenam deſidioſus opem.
Inde ait abſciſis mea cum ſint irrita lignis
Robora, tu ſocius Parca ſis ergo meus.
Dixit, & inuerſam poſtquam dedit ore loquelam,
Parca ſuos rurſus vertit in antra pedes.
Sæpe ſolet fortuna ſuis ſic cedere rebus,
Ac diuerſa ſuo ſubdere fata iugo.
Sæpeq́; diuerſas vocat in diſcrimina gentes
Orbis, at iſta videt quando venire timet.

De

De Chriſti Morte. Caput 31.

HAeret in ambroſijs dependula gutta labellis,
Sacraq; purpureo ſanguine membra madent.
Hic hominum requies optatæ hic ſtagna ſalutis,
Currite cæleſti manat ab amne cruor.
Exanimem noſcit Dominum tigris, atq; leones,
Corda geris ſtolidis barbariora feris.
Quo ruis? exanimem noſcunt elementa Tonantem,
Ipſa gemunt rigidam marmora dura necem.
Triſticiam colles, montes at ſidera monſtrant,
Lucida Luna ſuas horret, & excubias.
Tu ſolus lætis igitur pia vulnera ocellis
Spectabis, tanti tortor & hoſtis heri?

Cæcus Accepta Euchariſtia a S. Carolo viſum recuperat. Caput 32.

IPſa nouerca ſuum torquens Natura clientem,
Monſtrabat nullam pene ſalutis opem.
Ergo miſer properat diuinæ ad Virginis aram,
Poſcit & ambroſias ſupplice mente dapes.
Subleuat hunc dextra detentus Carolus, ægro
Porgit & aethereum cum pietate cibum.
Fercula tum mæſto præbentia robora cordi
Vixit, & hinc cluplo lumine cinctus abit.
Non mirum potuit ſi æger tot cernere, ſnamq;
Sumptus qui fuerat lumen, & aura uit.

Dio.

Diomedes Philoſophus cachinnans.
Caput 33.

IAm moribunda thoro recubabant brachia, ſeram,
Iamq́ʒ ſenex vitæ flebat anhelus opem.
Infauſtum luſtrans aſinus dum forte cubile,
Magna vbi pars teneri condita fici aderat.
Triſtis quos vacuo contemplans ſæpe palato.
Exhauſtam tandem pandit, alitq; gulam.
Riſit ab aſpectó Diomedes protinus auſu,
At nimis infauſtus riſus abundus erat.
Nam pergens longo meditari dicta cachinno,
vertitur in triſtem ſcena peracta iocum.
Morbus adeſt nimiuſq́ʒ animo quoq́ʒ riſus adhærens
Claudit inoptata fata ſenecta die.
Quæris ad huc hominum poſſint quid robora? maior
Ipſa mihi fragili bellua viſa ſene eſt.

FINIS.

IN-

INDEX.

A

S. Auguſtinus à puero ſpeculam diſcit. pagina 91
Admodum R. P. Angelicus de Fabijs pueritiam ſuam narans. 74
Archimedes Philoſo. ſolis viciſſitudines notans. 92
Apes venerabili ſacra. ceream domum ſtruunt. 130
Apellis Pictoris interitus. 143
Adami lacrimæ. 139
Ambroſius Lucinus. 144
Alexander Farneſius Dux Parmæ. 15
Auarorum deformitas. 123
Amici Epitaphium. 129

B

Biantis Philoſophi dictum omnia mea mecum porto. 93
Bacchanaliorum varia. 98. 122
S. Blaſius impune aquas enatans. 104
S. Bernardi exemplar pietatis. 129

C

Chriſti varia. 146. 147. 85. 87. 88. 100
Admo. R. P. Celſus de Fabijs. 64
Cythareda, & Philomela. 228
Cæcus Sacramento Altaris ſanatur. 153

D

Deiparentis varia. 136. 137. 140
Doralicia Virgo de Fabijs. 62
Dauid Propheta victoriam ab hoſte deportans. 90
R. D. Dominicus Amator. 101

Deſi-

Deſiderio deſideraui Paſcha manducare vobiſcum. 109
Diomedes Philoſophus cachinnans. 154

E

Eliſei ſepulchrum mortuos reſuſcitans. 96
Elephantis varia. 120
Explanatio de Fabiorum inſignibus. 58
S. Eliſæ patientia. 88

F

Flauia Virgo de Fabijs. 62
S. Franciſci in ſacrificio Miſſæ religio. 89
Formicarum labores. 229

G

Guilhelmus Imperator conuiua apud S. Albertú. 125
Gabriel de Fabijs I. V. D. 75
Guloſus abſit à Chriſti cœna. 115

H

Hetruriæ voluptas, & ſponſalia Sereniſs. Odoardi cũ domo Medica. 36
Herculis ad terram de cœlo aduentus. 41
Hortenſia Virgo de Fabijs. 63
Hædus, & Lupus. 95
Hæretici duo à proprijs canibus dilaniantur. 115
Hæretici ouo iugulantur. 190
Homines nudi nati, nudi moriuntur. 123
Honoratus Præſul. 143
Hugoni Chriſtus apparet. 142

I

Ionathas mel comedens ſanatur. 137
Infantium Epitaphium. 194
In quemdam. 114
Iracundus abſit à Chriſti cœna. 129

Ioan-

Ioanna Virgo. 95
Infans à feris nutritur. 136
R.P. Ioannes de Fabijs. 60
Inuidiæ labores, & imperium cum reſponſo ſepulchrorum. 79
Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. D. ioannes Mozanega Archiepiſcopo Andr. 83
Ioannes B. Schmidmarius. 85
S. Ioannis B. Varia. 92-132
Inconſtans à via ſalutis refugus conſolatur. 114
Ioannes Mutr. I.V.D. 149

L

Libelli varia. 6.7
Lectori. 5
Admodum R.D. Laurentius Bellus. 201
Liduina S. Sacra. ſanatur. 106
Libertatis pernicies. 124

M

Milites Chriſti veſtem ludentes. 100
Monachi erga res diuinas conſolatio. 107
Sereniſs. P. Mauræ Luciniæ de Far. 31
Mortis querimonia de exilio. 142
Sereniſs. D. Margareta de Aldobrandinis. 28
Per Illuſtr. D. Marius de Fabijs. 78
Miles ſeptem mortuos haſta ferens. 19
Muſarum reſponſum. 104

N

Naturæ, & Artis officium. 8
S. Nicolai Heluetici abſtinentia. 105

Omnia

O

Omnia ab vno momento pendent. 146

S. Odoardus Dux Parmæ. 6. 8

Illuſtriſſimus Cardinalis Odoardus de Farneſijs. 16

Otto Schmidmarius Ratiſponenſis cum expla. eius inſigniorum. 133. 134

Octauius de domo Farneſiorum Dux Parmæ. 15

P

Sereniſs. Petrus Ludouicus de domo Farneſiorum Dux Parmæ. 15

Paulus III. P. O. M. de domo Farneſiorum antea dictus Alexander. 16. 17

Parma Fluuius à Natura & Arte nuptias futuras Sereniſs. Odoardi cognoſcit. 8

Illuſtriſs. Epiſcopus Philippus Archintus. 84

Poetarum immortalitas. 92

Pauperis parentis calliditas erga liberos. 24

Pictoris ridiculum de eius imagine reſponſum. 114

Poeta viſo titubantis antro faciem auertit. 114

S. Pauli lamentatio, & conſolatio. 97

Purificatio B. M. V. 99

Piſcis Danubiani lamentatio. 134

Pſytaci ſanctorum inuocatio. 135

Piſcatoris interitus. 135

Peregrinus in Valle Ioſaphati moribundus. 136

Præconi reſponſum datum. 140

Q

Quidam natans à vipera læſus. 144

Quintus Rugerus de Fabijs. 77

Quidam viuus ſepulchrum poſtulat. 116

Quirinus ſchauer Ratiſpo. 85

Ray-

R

Raynutius Dux Parmæ ad Elyſium deueniens. 27
Ruſtici ad imperium vecti ſimplicitas. 127
Ruſticus ſtupa ſuſpenditur. 122

S

schola Dei. 90
schola Diaboli. 99
senex, & Mors. 152
suſpendendus per s. sacra. à patibulo liberatur. 128
stultorum plena ſunt omnia. 140
salomonis prudentia in iudicando. 127

T

Tercenti, & ſex Fabij vna die bello deleti. 54
Titubans. 114
Theodora Virgo de Fabijs. 61
Theutillæ caſtitas. 120

V

Virtutis pulchritudo. 124
Votiuum carmen ad Muſas. 103
Nobili Viro Vincentio de Fabijs. 59

E R R A T A.

64. axé motus. modos. 78. Galij. Galijs. 83. neruus. itẽ æqoureas. æquoreas. 21. medio tellure. media tellu. 27. quamuis. quamuos. 29. ſæpe peremptæ. peremptas. 21. aſſueti patria. aſſuetos. 27. Ododardus. Odoardus, 225. Albertus quam. quem. 47. labore. labores. 48. deſinere. deſinerent. 32. dubius. dubias. 136. Muſei. Muſæi. 134. explicabo. explicatio. 128. Oſtia Hoſtia.

Omnia ad maiorem Dei B.V. M. gloriam.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



PARMAE,

Apud Anthæum Viothum.

M. DC. XXIV.

Superiorum conſenſu.

Digitized by Google